... constituam regnum eius de...
... no ... respiciat eum ...
... V[sque]quo exaltabitur
inimicus meus super me. re-
spice et exaudi me domine deus
meus. V. Qui tribulant me
exultabunt si motus fuero
ego autem in misericordia tua speravi.
Respice. Versus. Fer. ij. Invitatorium
Adoremus dominum qui nos
redemit per crucem. Venite. Ymnus
Pange lingua. Aue (?) An[tiphona]
Nolite flere mortuum
neque lugeatis super eum
[sed] plangite eum qui
egreditur quia non revertetur
ultra. nec videbit terram
nativitatis sue. Hec
dicit dominus ad Sellum filium
Josie regem Iude qui
regnavit pro Josia patre
suo ... R. [illegible] exaudiens
vocem tuam ... tuo quam
[illegible] clamor ... exaudi me
V. Eripe me domine ab homine
... recurrit ...
... de temp...

pit [illegible] qos qos ex illo
non est. interrogat eius
quoque si verba dei in altitudine
cordis perceperit tam tetti-
git unde sit. Tu rusticoi
In te iactatus sum ex utero
de ventre matris mee deus
meus es tu ne discedas a me
quoniam tribulatio proxima est et non est qui
adiuvet. V. Erue a framea
deus animam meam et de ma-
nu canis unicam meam. Gloria
Vide domine afflictionem laud
meam quoniam erectus est in-
imicus meus. A. In tribulatione
invocavi dominum et exaudivit
me in latitudine. Iudicasti domine
causam meam defensor vite
mee domine deus meus. Ad
Popule meus quid feci tibi
aut quid molestus fui tibi re-
sponde michi. A. V. Numquid redditur
pro bono malum quia foderunt

[illegible]

ne anni
sa a m
t tecum
uitatem
a mea
Et aqu
um p
Ex
mea
uita
sum
Ex
ntu
nub
ne tu
ngi
a ani
uiam
dia
fiet eg
iij i

Variae opuscula prout in Indice.

Incipit probemium in tractatum de moribus condictionibus
et nequicia Turcorum.

Inmanissima persecutionum genera non tam humana quam
diabolica tribulationes ⁊ angustias ⁊ terrores nouissimorum
temporum que humano generi futura predicta sunt. et adhuc
cottidie annunciantur in serie tam noui quam veteris testamenti in hor
rendis traconum et bestiarum figuris Et stupendis coelorum et elemē
torum motibus et coelestium spirituum tam in solitis actibus et gesti
bus hactenus in codicibus legebamus. Nunc autem non multis exem
plaribus opus est cum manifestis experientiis luce clarius docemur ea
in foribus nostris adesse et ceruicibus nostris incessanter et indubitan
ter incumbere Uel forte non videmus illam cruentissimam beluam in
imicum crucis christi Draconem crudelissimum sectam dico et caterua͂
turchorum infidelissimorum: demolitis cunctis partibus orientalibus
⁊ afflatu suo populi christani multitudine infinita veneno sue infidelita
tis infecta finibus ytalie appropinquare et ad ruinam Romane ecclesie
quam solam dereliquerat totis viribꝰ inhiare O quis non doleat super
tot ⁊ tantorum animarum morte quas cottidie apertis faucibus insatia
biliter deuorat. et sue dampnationis heredes facit. O perniciosa ⁊ cru
delis nimis persecutio O a seculis inauditum scelus. Non enim in cor
pora sicut ceteri persecutores sed in animas seuit. ⁊ dum corpora exte
rius fouendo sub pietatis specie non occidit interius fidem auferendo
animas sua diabolica astucia occidere intendit. Huius rei testimoniuz
innumerabilis multitudo fidelium esse potest. Quorum multi promtissi
mi essent pro fide christi et suarum animarum salute in fide christi mo
ri. quos tamen conseruando a morte corporali et ductos in captiuitatē
successum temporis suo infectos veneno fidem christi turpiter renegar̄
facit. huius rei veritatem et in meipso expertus didici. qui cum multo
mentis gaudio expectabam mortem pro fide christi subire. et tamen ut
inferius declarabo de igne semiuiuus extractus ⁊ vite redditus ꝑ suc
cessum temporis detentus in manibus eorum veneno erroris eoruz q̄si
infectus de fide christi non modicum dubitaui et nisi misericordia dei
mihi affuisset et me custodisset turpiter eam negassem. Igitur mee intē
tionis in hoc tractatu est ea que de actibus condictionibus moribus et
nequiciis turcorum experientia me docuit memorie et scriptis recomē
dare. vt si secunda vice quod deus auertat licet adhuc satis timea͂ me

iam senem in manus eoꝝ incidere contingat ab eoꝝ erroribus melius quam iuuenis feci me custodire valeā Et credo ꝙ etiā multū vtilitatis possit conferre Si vnusquisqꝫ fideliū istis temporibus talia audire stude re legere conaretur eo ꝙ sicut liquide constat multi imo innumerabiles christiani fidē christi renegant ignorantes imo non credētes ea que de eorum astutia dicuntur donec illaqueati docētur experientia quod prius intelligere neglexerunt.

Incipit prologus.

NUnc autez mee infelicitatis historiam preponere volo quō scꝫ et qn̄ captus fui a turcis et ductus in eorum captiuitatem ut ex hiis etiam illis que dicturus sum vnusquisqꝫ certius fidem faciat dum me nō fabulas seu ficticia sed expertam in meipso veritatem narrar̄ simpliciter deprehenderit. Unde cum anno domini milesimo. cccc. xxxvj. in obitu imperatoris Romanorum sigismundi magna inter vngaros et almanos exorta fuissꝫ dissensio de faciēdo rege eo ꝙ iperator legitimū successorē non reliquisset Turcus magnus qui vocabatur morathbeg pater illius qui nunc regnat uidelcet mechemetbeg in graui exercitus multitudine par tes illas intrauit. dicebatur enim habuisse tricentum mille equitum ea intentione vt totam vngariam vastaret quod ꝛ fecisset nisi cuiusdam flu uii inundatio deo sic disponente sibi impedimento fuisset. Illa itaqꝫ intē tione frustratus direxit aciem ad prouinciam ultramōtanaꝫ que septem castra nominatur ꝛ omnia sibioccurrentia crudeliter deuastauit et demo litus est nullo sibi impedimentum dante ea tempestate ego iuuenis. xv. uel. xvj. annorum eiusdem prouincie anno precedenti recesseram de lo co natiuitatis mee ꝛ veneram in quoddaꝫ castellum seu ciuitatulam no mine Schebesch secundum vngaros In teutonico uero muelenbag stu dendi gr̄a Que quidē ciuitas tunc erat satis populosa nō tamē bene mul tū munita ad quā cū turcus uenisset ꝛ castris positis expugnare cepisset dux valachoꝝ qui cū turco venerat ꝓpter antiquā quā prius cōtraxerat cū ciuibus ipsius ciuitatis amiciciam venit ad murū ꝛ sedata pugna uoca tis ciuibus persuasit ut suis consiliis consentirent ꝛ cum turco non pug narent eo ꝙ nequaquā ciuitatis munitio esset sufficiens ad resistēdū. hoc igitur fuit eius consilium ut ciuitatem turco cum pace darēt ꝛ ipse a tur co impetrare uellet ꝙ maiores ciuitatis usqꝫ ad terram suam secum ipse duceret ꝛ postea quando placeret eis recedere uel etiaꝫ stare possent. re liquum uero vulgus sine alicuius rerum uel persone detrimento turcus

in terram suam duceret et ibi data ipsis terra ad possidendum deinde
ad placitum recedere uel habitare in opportunitate temporis in pace
possent. Que omnia ut promiserat impleta uidimus. Impetrato igitur
cum hoc pacto inducie usqꝫ in crastinum ut unusquisqꝫ posset se dispo
nere cum rebus et familia cum pace exituri. Quidam vir nobilis cum
fratre suo eque strenuo viro qui prius fuerat Castellanus et cum turcis
multum conflixerat huiusmodi consilio et pacto nequaquam acquiescēs
dixit se prius cencies uelle mori quam se et vxorem ⁊ filios in manus
turcorum tradere persuasit etiam quam pluribus aliis. ⁊ electa una de
turribus introiuit et per totam illam noctem arma et victualia intulit
et fortiter muniuit Cum hiis igitur et ego turrim intraui et expectabā
cum magno desiderio magis mortem quam vitam. Facto itaqꝫ mane
turcus magnus in propria persona ad portam ciuitatis venit ⁊ omnes
exeuntes vnumquemque cum familia sua iussit scribi et deputatis custo
dibus in terram suam duci sine aliquo rerum uel persone nocumento.
Ciues quoqꝫ et maiores duci valachorum eodem modo ducendos in
suam terram concessit. Cum igitur vniuersus exercitus eius de hac pre
da nullam partem habere potuisset cum maximo impetu et intollerabi
li furia vnanimiter ad turrim in qua eramus spe aliquid lucrandi cucur
rerunt. Quanta autem et qualis hec fuisset tempestas lingua nulla suffi
ceret exprimere Tanta erat densitas sagittarum et lapidum ꝙ densita
tem pluuie uel grandinis excedere videretur Tantus erat clamor pug
nantium et fragor armorum et strepitus currentium ut celum et terra
concuti uiderentur in momento Et quia turris multum decliuis erat
immediate tectum sagittis ⁊ lapidibus contriuerunt .propter fortitudi
nem tamen murorum nequaquam potuerunt preualere Cum igitur tar
dior esset hora utputa sol declinatus post meridiem et nihil profecissēt
inito consilio aliis pugnantibus alii ad deferendum lingna cucurrerunt
et struem lignorum quasi ipsi turri equauerunt Submisso igitur igne nos
quasi sicut decoquuntur panes in furno decoxerunt Et iam quasi omni
bus mortuis cum uidissent amplius neminem in turri moueri distrahen
tes ignem irruerunt per hostium et si forte aliquos semiuiuos inuenis
sent reuocillatos extraxerunt me quoqꝫ eodem modo extrahentes mer
catoribus venditum tradiderunt qui me cum ceteris captiuis positum
in carbena transito danubio usqꝫ in edrenopolim vbi est sedes ipsius tur
ci magni deduxerunt. De anno autem domini predicto vsqꝫ ad annum

domini. m. cccc. lviii. inclusiue illius durissime captiuitatis grauissima
onera ⁊ intollerabiles angustias non sine corporis ⁊ anime periculo su
stinui. ⁊ tandem deo auxiliante ut infra declarabo liberatus superaui.

Quomodo Turci terram et Regionem orientalem inceperunt possidē re ⁊ inhabitare primum Capitulum.

Secundum omnes historias scribentes aperte constat ꝙ lex mech
ometi et secta sarracenorum incepit circa annos domini sexcente
simos sub bonifacio quinto et heraclio imperatore. floruit autem circa
annos domini octingentesimos sub leone quarto et lodouico imperato
re. tunc enim sarraceni ad tantum creuerunt numerum et multitudinem
et crudelitatem contra ecclesiam ut iam dudum capto imperio irRomi
tano Romam uenientem obsederunt et omnia que extra munitiones in
uenta sunt crudeliter combusserunt. ecclesiam quoqꝫ sancti petri stabulū
equorum fecerunt et funditus destruxerunt Italiamqꝫ ⁊ siciliam deuastā
tes redierunt. Fructum autem omnis malicie ⁊ nequicie in signis ⁊ pro
digiis mendacibus quibus nunc innumerabilibus habundat incepit fa
cere circa annos domini. m. cc. lxxx. tunc igitur deo permittente solda
nus magnus egressus de plaga meridiana processit contra orientem et
obtinuit omnem Regionem et munitionem usqꝫ ad mare Cum igitur ui
disset terram spaciosam et multum aptam ad inhabitandum diuisit eam
in septem partes et dimissis ibi septem de principibus suis unicuiqꝫ par
tem unam commendauit et tradidit iure hereditario possidendam. quo
rum primus habebat nomen othmanbeg. secundus ermenbeg. tercius
germenbeg. quartus czarchanbeg quintus andinbeg. sextus menthesse
beg. septimus karamanbeg. Cum igitur procedente tempore unusquis
qꝫ terram suam incoleret gubernaret et in pace possideret ille qui uoca
batur othmanbeg incepit terram suam et fines eius dilatare et eius qui
iuxta eum erat a parte orientis terram inuadere. cui cum ille resistere n̄
posset relicta terra fugit ⁊ ad illum qui karamanbeg dictus se contulit
Igitur othmanbeg istius terra obtenta conuertit se ad inuadendum ter
ram illius qui iuxta eum erat ex alio latere et eo prioris modo expulso
transiit ad tercium et ad quartum et quintum. et sic omnium aliorum
terram ipse solus obtinuit excepto solo illius qui Karamanbeg dictus ē
et hoc ideo quia isti qui a facie eius fugerant eidem auxilio erant et e
tiam quia terra ipsius multum ad expugnandum difficilis erat tum etiā

ut magis credendum est deo sic placuit. Sicut enim olim in deserto ali
quas gentes deus inuictas dimisit in quibus exerceretur israhel sic eti
am illi facere uoluit. Nam usqꝫ in hodiernum diem inuictus perseuerat
et multas insidias et obstacula ei prebet. Nisi enim cum eo pacem ha
buerit nequaqum audet se contra alium ad bellum mouere. Quod si fe
cerit immediate ille terras suas inuadet. Ter enim me adhuc ibi existen
te descendit et illius terram inuasit. et multa uastauit combussit et diri
puit. Ille etiam contra eum pluries ascendit et tamen modicum profe
cit. Una enim uice cum tanta furia et indignatione ad eum exterminan
dum cum multa multitudine exercitus perrexit inter quos ut dicebatur
erant uiginti milia peditum portantes secures et alia instrumenta ea in
tentione ut terram illius penitus euerteret incisis arboribus et uineis
ita ꝙ amplius inhabitari non posset. Et tamen reuersus composita pace
omnia intacta reliquit Unde et hoc potest haberi certa coniectura et
comune prouerbium habetur inter eos ꝙ karamanbeg stabit in eternū
Ille igitur othmanbeg et posteri eius qui ab eo nomen acceperunt et
othmanogli dicti sunt id est filii othman usque hodie est Rex et domi
nus totius turcie et in tantum profecit et cottidie proficit ut non soluꝫ
in oriente uerum etiam in occidente iam eius timor habeatur Et ipsuꝫ
licet Tartarus magnus de orientalibus procedens semel superauerit
ut solitus erat dominus meus narrare quia adhuc ultra mare non obti
nuerat et ideo non habebat potentiam resistendi tamen istis temporibꝰ
tante est potentie ut eo potentior non inueniatur nec audiatur in ori
entali plaga. Ceterum omne Regnum ultramarinum adhuc usqꝫ hodie
in septem regiones diuisim uocabulis priorum inhabitatorum nuncupa
tur scilicet othmaneli ermeneli czarchaneli andingeli menthescheli ka
ramaneli.

Quomodo mľtiplicata est secta Turcorum et quomodo hoc nomen
Turcus accepit Secundum Capitulum

De secta autē Turcorum hoc ꝙ in precedenti capitulo tactum est
ꝙ uidelicet hec secta fructum sue malicie a culpa Christianorum
Christi fidem negantium consecuta sit eo ordine quo nunc quotidie a
pertissime conspicitur fieri. eodem etiam ordine tunc factum fuisse nul
li dubium esse potest. Unde sicut dictum est cum Sarraceni uel mecho

metiste incepisset Christianos persequi et terras eorum occupare multi
ex Christianis volentes declinare persecutionem eoruȝ seipsos eis spon
te tradiderunt et hoc patet quia adhuc usqȝ hodie multa castella et opi
da sunt in turcia de illis antiquis grecis sub dominio turci qui se tunc
sponte tradiderunt et ideo intacta permanserunt. Unde factum est
ut ipsi Christiani eis auxilio fierent ad persequendos alios seu cete
ros Christianos et sic eorum culpa cepit crescere propter censuras eccle
siasticas quas non timebant incurrere Et quia ipsi xpiani erant Incepe
runt sub quadam pietatis specie xpianis deuictis parcere et eos in ser
uos et ancillas sibi retinere et extunc incepit illa impia auiditas possidē
di seruos et ancillas que usqȝ hodie in ipsa secta perdurat. Tandem illi
us ficte pietatis culpa in tantum excreuit ut malicia xpianorum in perse
quendis ceteris xpianis excederet maliciam infidelium et in hoc eorum
magistri fierent et prelati Et in culpa discipulos haberent quos ad per
dendum animas magistros ipsi habuerant Et ex tunc intrauit ille nouus
et spūalis mechometus nūcius antexpi et ceperunt iam non sarracēi sȝ the
orici id est spirituales nomen habere eo qȝ in attrahendis xpianis ad su
am maliciam et auertendis a fide xpi et societate ecclesie quasi superna
turalem uiderentur habere efficaciam. cum igitur ecclesia eos corrige
re per publicas censuras decreuisset ipsi culpam suam excusare ⁊ seipsos
iustificare ceperunt dicentes se ecclesie in hoc multum seruire eo qȝ xpi
anos ab incursu sarracenorum custodirent Et tunc addita est eis secunda
malicia scilicet ficta humilitas et suiipsius sub specie humilitatis contra
ecclesiam erectio cuius premium est exterior apparentia in moribus et
exemplaritas simulata et religionis ficta ostentatio Et ex hoc ypocrite
nomen et rem sibi non immerito vendicauerunt. cum igitur procedente
tempore crescente culpa eorum ex malicia ecclesia eos uideret obstina
tos brachio seculari armata contra eos processit Sed ipsi non cognoscē
tes sed deffendentes culpam suam ecclesie publice restiterunt. Et habi
ta contra eam uictoria terras xpianorum inuaserunt et more tyrannico
omnia deuastantes totum orientem obtinuerunt Et extunc hostes eccle
sie et inimici dei facti ab unitate ecclesie diuisi ipsi humani generis ini
mico se subdiderunt. cuius demum auxilio et potentia freti etiam uirtu
tibus et falsis miraculis clarere ceperunt ut scilicet primum sue despe
rationis consecuti et in obstinatione omnium malorum confirmati citius

et facilius ualerent imperio diaboli parere et ad eius libitum animaruz
perditionem operari et ex hoc sanctitatis specie etiam tertium nomen
a cceperunt ut scilicet ydolum uocarentur et essent Sed ꝙ tale fuisset in
icium huius secte apparet in figura apock. xiiij ubi ultime persecutionis
forma ponitur in figura bestie ascendentis de terra habentis duo cornu
a similia agni et loquentis sicut dracco. Ista enim bestia ascendit de ter
ra quia a soliditate et firmitate catholice fidei orta habet duo cornua si
milia agni. maliciam inuidie sub specie pietatis et nequiciam superbie
sub specie humilitatis et obedientie consecuta loquitur sicut draco quia
opera falsorum miraculorum uirtute dyabolica se facere ostendit. Nunc
demū uide quomodo ecclesia antexpi per omnia similitudinem tenet ec
clesie xpi licet peruerso modo. Illa enim pro fundamento suo habet op9
sanctissime trinitatis vnicuiqꝫ persone proprium attribuens. Nam prela
tura ecclesiastica est opus trinitatis attributum patri Exemplaritas que
per incarnationem et obedientiam fuit est opus trinitatis attributum fi
lio. miraculorum autem operatio est opus trinitatis attributum spiritui
sancto Ad hec tria omnia reducuntur que ad salutem anime pertinent.
Ad ista etiam tria que de principio ecclesie antexpi supra diximus redu
cuntur omnia que de necessitate fiunt ad dampnationem totius hominis

Quam terribilis quam timenda sit secta turcorum tercium capitulum

Cum tam multa imo fere omnia huius temporis accidentia et oc
currentia nobis persuadeant esse sollicitos et doceant finem mū
di timere presertim cum nobis certum sit ꝙ nos sumus in quos fines se
culorum deuenerunt Sacra quoqꝫ scriptura vtriusqꝫ testamenti preser
tim ipsa apockalipsis illeqꝫ terribiles et horribiles figure danielis et e
zechielis que nobis non tam ad sciendum et intelligendum quam ad ti
mendum de ultimorum temporum periculis scriptis mandata sunt. quo
rum et si materia descriptionis terribilis sit effectus tamen multo terri
bilior sine dubio credendus est. Dispositio quoqꝫ huius mundi cuius se
nectutem et propinquum iam finem nobis aperte demonstrant in omni
statu pronitas ad malum. difficultas ad bonum. auiditas prelature. tardi
tas obedientie. artium quoqꝫ curiositas. edificiorum varia superfluitas
et in scientiis presumpta nouitas et in omnibus deniqꝫ rebus superaddi
ta antiquitate noua vanitas. Sed inter hec omnia illa cruenta bestia sec

tam dico turcorum nos multum sollicitare deberet. cuius continuū augmentum assiduitas preliorum et persecutionum. diuturnitas durationis. non aliud quam aliquod grande discrimen et scandalum tribulationesq̧ et miserias extremas denunciat. de quibus tamen omnibus quasi nihil curamus non ob aliud certe nisi quia absconidta sunt ab oculis nostris testante abbate yoachim super illud appocka. xiij. Quis sicut bestia et qs potest pugnare cum bestia ita dicens. Heu heu ꝙ esse arbitror natus in mundo qui tante huius calamitatis angustias non euadent et nunc abscō dita sunt ab oculis eorum. Infelices matres que tales genuerunt et ubera que lactauerunt filios. miseri parentes qui pro talibus thezaurisant nescientes quid cogitet dominus malum super diuites terre. Audite audite obsecro uos omnes qui diligitis natos uestros Audite omnes qui paruulos delicate nutritis. Docete filios uestros habitare in siluis. uiuere in deserto de radicibus herbarum Delicias affluentes derelinquere et carnis epulas deuitare ut discant commorari cum feris donec pertranseat indignatio ista hec ille. Certe credo ꝙ sicut tempore noe incredulos aque diluuii repente occupauerunt sic istis temporibus faciet incautos magna uindicta et uniuersalis indignatio diuina inemptabilis et sempiterna. Istam quoq̧ extremam necessitatem Saluator in euuangelio docet declinare et fugere dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus ꝛc̄. Et sequitur timere eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in iehennam et dicit notanter postꝗ̄ occiderit non determinans Non enim illa persecutio occidit modo humano sed dyabolico Cōmunis eniʒ moduȝ occidendi est corpus et animam ab inuicem separare. inhumānus autem imo diabolicus est animam occidere et ad inficiendum alios suo fetore quasi cadauer putridum eam in corpore uiuo sepelire Sicut enim in electis exterior exemplaritas uirtutis ad profectum animarum est bonus odor Christi anime sancte in corpore degentis. sic nimirum reprobis simulatio uirtutis exterior ad decipiendum animas est fetor anime in corpore uiuo existentis hec sunt sepulchra dealbata quorum fetor infidelitatis totum orientem infecit et nunc se incipit transfundere in occidentem Sed terribile est ualde quod sequitur. habet potestatem mittere in iehennam O inaudita malicia O nequicia excedens omnem dyaboli astutiam. Quis eniʒ crederet dyabolum posse cogere homines ad faciendum malum Ista tamē maliciosa secta non cum violentia sed longi tē

poris consuetudine uoluntatem libertatis aufert cum firmitatem frangit cordis constantiam vincit et in tantam cecitatem producit rationem hominis ut fidem pro qua prius erat paratus mori postea infectus et devictus turpiter negare cogatur. Quis huius potestatis maliciam ualet euadere. tante enim est uehementie et crudelitatis ut anima in corpore existente utrumque hominem occidat et mittit in iehennam. Quomodo enim uiuere dicendus est qui totiens mortis periculo expositus aut pecuniis venditus totiens sui iuris proprietatem amisit Aut quomodo uiuere dicendus est qui mortem totiens desiderauit et quesiuit. Certe si michi creditur experto tot mortibus interii quot inter Turcos dies vixi Sed non satis dixi Si enim ouis in manibus lupi viuere per horam non potest inter quos est solum inimicicia naturalis. quomodo Christianus in manibus Turci viuere potest inter quos est inimicicia supernaturalis uel spiritualis. Hoc malum persuadeo unicuique Christiano quantum possibile est declinare Ab hoc fetore vnumquemque fidelem longe esse consulo. tanta enim est eius intensio ut ad intima cordis penitret. Nec etiam ipsius anime precordia infecta derelinquat.

Quomodo differunt inter se persecutio corporum et persecutio animarum quartum Capitulum.

Ut autem uideamus quomodo differant ecclesie prima persecutio et ista ultima. non incongrue applicari potest figura apoc. xiij. Ibi enim fit mentio de duabus bestiis quarum prima de mari ascendisse dicitur. altera de terra Et illius que de mari ascendit terribilis quidem aspectus non tamen terribilis describitur in facto Sed illa que de terra licet non terribilis multum in aspectu tamen multum terribilis in facto describitur Et quia sicut cultus diuinus dupliciter consideratur scilicet accidentaliter et essentialiter sic ad eius persecutionem duplex modus persequendi necessarius fuit Sicut in hiis duabus bestiis patet. Fuit igitur primo cultus veri dei impugnatus ab ydolatria in accidentalibus et ideo omnia de prima bestia scripta ad exteriora pertinent. Consistit enim cultus diuinus accidentaliter in compositione morum. in humilitate et paupertate. continẽtia. castitate. frugalitate sobrietate pietate uigiliis et orõnibus oblatõibus sacrificiis elemosinis pegrinatõibus ecclīarum edificatõibus et custodiis et hiis silibus. que corporaliter exercentur Contra

talia armauit se gentilitas cum exteriori et materiali apparatu Unde in prima bestia describuntur decem cornua cum decem diadematibus et septez capita cum nominibus blasphemie in quibus decem cornibus potest designari omnis potentia que consistit in rebus terrenis acquirendis gubernandis dispensandis expendendis custodiendis cum omni sufficiētia in omni pompa que ad hoc pertinet. Per dyademata corū efficacia in omni pompa et gloria et ornatu quam consecuti fuerant Romani gentiles in dominio totius orbis accipi potest. Per septem capita non incōgrue omnis industria prudentia astutia qua pollebant ad subiciendum sibi populum et regendum designari potest Nomina autem blasphemie quid aliud nisi patrocinium adiutorium et fauor quem habebant a demonibus quos colebant super maliciis contra ecclesiam perpetrandis dici possunt Et sic breuiter in istius bestie figura continetur omnis illius pme persecutionis malicia contra ecclesiam ad euacuandum cultum dei Sed hoc ꝙ dicitur de capite quasi occiso cuius plaga mortis curata est significatur ꝙ illius persecutionis malitiosa intentio nequaquam effectuz habuit quia dum ad euacuandum cultum ueri dei martirum corpora inmanissimis subegit suppliciis et eos uariis mortibus interfecit Non solum nichil obfuit Sed quantum ad meritum uite eterne animabus et corporibus sanctorum magnum obsequiū prestauit. et propter hoc plaga mortis eius curata est. eo ꝙ per orationes ecclesie impedita est. ne culpa eius ad ultimum excessum attingeret ut scilicet inimicus dei fieret et plaga eius incurabilis fieret. quia tunc ecclesie orationes ei auxilium esse cōtra dyabolum non possent. unde factum est ut gentilitas fidem xpi demū mereretur primum sue persecutionis accipere Secunda autem persecutio. quia diuini cultus essencialia impugnare debuit armis se spiritualibus muniuit. Diuinus enim cultus essentialiter in anima ⁊ suis potentiis consistit. Et ergo non immerito istius secunde bestie duo cornua similia agni describuntur in quibus simulatio uirtutis et sanctitatis exprimitur contra duas potentias anime ⁊ ꝙ loquebatur sicut Draco per quod falsorum miraculorum et uirtutum operatio contra terciam potentiam anime designatur Quod autem ignem de celo descendere fecit in terram. illud inordinatum desiderium supernaturalium experientiarum que solet istis temporibus habundare in mentibus simplicium et curiositas ad perscrutandum secreta dei possumus non incongrue accipere. De ymagine autem et caractere bestie talem interpretationem formare licet. nā.

qui propter bona que facit reuelationes uel visiones spirituales exspec
tat uel consequitur caracterem bestie in dextra et in fronte portat. Et si
cut prima persecutio totum mundum sua culpa participem fecit sicut pa
tet in Romanis qui per totum mundum ydolatriam dilatauerunt. sic per
secutio secunda sue malicie peste quasi neminem non infectum reliquit.
Quis enim simplicium uel ydeotarum sentiens in se aliquid uel modicū
deuotionis non statim desiderat habere reuelationes uisiones uel scire
secreta dei. Sed de desiderio inordinato et appetitu dignitatis ecclesia
stice et honorum quid dicam. est ne inueniendus aliquis qui sibi oblatū
quodcunqꝫ beneficium ecclesiasticum non sine omni mora et sine omni
scrupulo ignorantie uel insufficientie immediate non acceptet. Sed de
his qui talia tyrannice inuadunt uel pro pecunia emunt uel aliis illicitis
modis sibi usurpare non timent nihil audeo dicere nisi hoc quod in ista
figura ponitur ut ne quis possit emere uel uendere nisi qui habet carac
terem bestie quasi digito demonstrans presentem ecclesie statum in quo
nihil reperitur quod a uicio symonie sit alienum Sed nunc in hoc conclu
dendum est ꝙ licet inter turcos personaliter non sint omnes tamē repro
bi mentaliter ab eorum consortio in culpa non sunt disiuncti.

De sollicitudine quam habent turci ad inuestigandum et rapiendum xpianos Quintum capitulum.

Cum igitur sicut in precedenti capitulo dictum est ille due per
secutiones diuerse sint imo opposite condictionis Necesse est
ut media quibus exercende sunt diuersa et opposita existant.
Primi igitur persecutores non multum laborabant ad inueniendos ip
os xpianos eo ꝙ ipsi se eis ultro offerebant Tunc enim maioris meriti
erant qui se ultro persecutoribus offerebant quam quos ipsi deprehen
debant uel querentes inueniebant Persecutores uero animarum fuge
re et declinare ad salutem necessarium esse euangelium docet. dum eos
dem significando dicit. Ostendam autem uobis quem timeatis. Non e
nim sine culpa esset ad periculum anime se ultro exponere. Ideo nunc
de industria versutia et nequicia quam inuenerunt docente eos instinc
tu dyabolico adinuestigandos et capiendos Christianos videndum est
Unde Turcus magnus ultra exercitum suum uniuersalem semper tenet
unū exercitū pticularez. xx. uel. xxx. milia uirorum astutissimorū magis ꝙ̄

fortium . cui preficit unum de omnibus peritissimis quos in suo exerci
tu habet Qui quasi quidam latrunculi magis nocte quam in die operan
tur. Isti nullo anno intermisso semel ad minus ad predam exeunt aliquā
do etiam in uno anno bis uel ter secundum ꝙ comoditas se offert exire
contendunt et hoc occulte et cum tanto silentio ꝙ uicini eorum uix pos
sunt eorum recessum percipere propter causam inferius dicendam Quo
rum quia opus totum cum cursu perficitur Necesse est ut equos suos et
personas proprias cū certa industria et disciplina sciant ad habilitare et
disponere ita ꝙ etiam si contingat eos per unam totam ebdomadam di
e noctuqꝫ currere nihil molestie uel ipsi uel equi eorum ex impetu illius
cursus patiatur. Unde tempore quo ipsis uacat seipsos et equos suos sic
gubernant et nutriunt ut bene inpinguentur et fortificentur Cum autem
intendunt exire ante septem uel octo dies sibi et equis suis cum una cer
ta disciplina potus cibi scilicet restrictione ⁊ quodā moderato exercicio
apponunt diligentiam ut corpulentia tollatur et pondus corporale et
sic sagina interior in medullis remanens eos abiles et aptos ad cursum
reddat Et antequam exeunt diuulgant se ad uiam et locum ire ad quem
tamen non intendunt et hoc propter decipiendos si fuerint aliqui explo
ratores Et non uadunt nisi habeant vnum uel duos fideles conductores
qui uias ⁊ semitas terre quo ituri sunt optime cognoscant Et cum tanto
impetu et velocitate currunt ꝙ in spacio unius noctis trium uel quatuor
dierum uias pertranseunt et hoc ideo ut si aliqui eos senserint nullate
nus tamen eos preuenire ad prodendum aduentum eorum possint. De
cognoscendis equorum naturis et condictionibus. tantā habēt industriā
ut uidentur omēm phisice artis piciem ad plenū cōsecuti. Ad unū eni uni
cū respectū. omnes eius defectus ⁊ profectus. ⁊ cuiꝰ sit utilitatis etatis
et ualoris immediate discernit Ommitto autem quomodo non de frigo
re yemis neqꝫ calore estatis neqꝫ aliquo incomodo aeris uel temporis cu
rant et quomodo non fastidiunt nec abhorrent asperitatem locorū lōgi
tudinem uiaꝝ et qđ magis mirum est quomodo non portat de cibo et
potu uł armis uel uestimētis qđ possit eis esse ipedimēto sꝫ modicis imo
paucissimis ɔtēti ad lōgissia locoꝝ spacia trāscurrūt nec aliq̄lit̄ ɔsistūt do
nec aliquos icautos inuadāt ⁊ satiati reuertanť sꝫ i hiis rebꝰ ħ breuit̄ di
ceř uolo ꝙ ea que de eis narranť prꝰsꝰ incredibilia sūt. nā ut ueꝝ dicā nisi
me experiētia docuissꝫ ⁊ oculꝰ ꝓpriis asperissem nullatēus que de eis audi

ui credere potuissem. In hoc autem concludere uolo ꝙ si eorum astutie et actus scriberentur libri essent compilandi plures. quis autem cogitare possit quanto tremore et stupore concutiantur illi quos sic incaute et inopinate inuadunt certe si ferrea uel etiam adamantina essent corda resoluantur et totis viribus destituuntur. quid enim faciet aut quo se uertere debet qui subito et inopinate inimicum suum mortalē extracto gladio ante se conspiciat. certe auditu non mediocriter formidabile sed multum terribile experientia sicut ego propriis oculis uidi. sed quo fine omnia talia. non ad aliud sane nisi ut incaute et sine sanguinis effusione et occisione hominum capere et uiuos possint cōseruare corporaliter quos spiritualiter intendunt occidere nisi enim diabolus eis auxilio esset ⁊ cōsilio nequaquam talia attemptare presumerent neqꝫ perficere possent. Reputant enim pro magno dampno si unus homo occidatur. Unde etiā Turcus magnus cum sit potentissimus et multas terras et insulas possit vi armorum capere. tamen ita cauet occisionem hominum ꝙ potius uult eos habere uiuos et tributarios quam cum effusione sanguinis capiendo possidere unde nullo modo occidere uolunt homines nisi extrema necessitate compellantur scilicet quia se deffendunt uel fugiunt. sed omnino conantur ut uiuos capiant et sic de uno homine duplex rapina perficit̄ turcus enim intendit uendendo ꝗ corpore sue cupiditati satisfacere. diabolus autem fidem auferendo animam secum in iehennam miserabiliter perducere.

Quomodo captos conseruant emunt ⁊ uendunt Sextum capitulum.

Ut autem facilius ⁊ comodius possint captiui conseruari habent deputatos mercatores per omnes ciuitates ad emendum et uendendum homines. qui sicut et mercatores aliarum rerum habent priuilegia a rege ut possint captiuos quoscunqꝫ et a quocunqꝫ captos emere uendere inpignerare redimere secundum statuta regalia super hoc decreta sine alicuius uel aliquorum impedimento. non enim hoc solum in ciuitatibus faciunt sed etiam uadunt in campum cum exercitu portātes cathenas ut emant captiuos de manib⁹ rapientiū. illi. n. qui rapiunt qꝛ gubernare nō pn̄t statiꝫ uēdūt ⁊ ꝓ maiori uel minori p̄cio secundū copiā uel inopiā captiuoꝝ. Nā aliqn̄ in tanta multitudie capiunt̄ ut un⁹ homo ut audiui ab eis pro uno pileo uendatur. Illi igitur mercatores eos emunt ⁊ gubernant mittentes eos in cathenas decem uel duodecim in unam cathenam. nō ē autem medicus neqꝫ phisicus q̄ ualeat eis cōpari

in cognoscendis complexionibus ⁊ condictionibus hominum. immedia
te enim ut in faciem alicuius inspexerit cuius sit ualoris artis uel fortu
ne cognoscit. Non solum autem magnos seu prouecte etatis sed etiam
paruulos et pueros adhuc in lacte matris vel etiam quos solent proice
re illi qui rapiunt ne sint eis oneri inuentos portant in saccis et nutriunt
cum multa diligentia et mirabili industria Preterea in omnibus ciuita
tibus sicut ad cetera mercimonia sic etiam ad homines emendos et vē
dendos habetur forum proprium et locus ad hoc legitime deputatus
ad hunc locum et forum pauperes captiui cum cathenis et funibus liga
ti quasi oues ad occisionem sic ducuntur Ibi examinantur denudantur
ibi rationalis creatura ad ymaginem dei facta sicut animal irrationale
uilissimo precio uenditur et comparatur ibi q͛ pudor dictu masculorum
et feminarum pudenda coram omnibus contractantur et manifesto ostē
duntur Nudi etiam compelluntur coram omnibus incedere currere am
bulare et saltare ut manifeste appareat utrum infirmus uel sanus mascu
lus uel femina senex an iuuenis uirgo an corrupta ⁊ si quos uiderint eru
bescere circa illos magis instant impellendo uirgis cedendo collaphisā
do ut sic coacte faciat qd̓ sponte erubuit coram omnibus facere Sed d̓
hoc modicum dixi. ibi uenditur filius inspiciente et dolente matre Ibi
emitur mater in confusionem et despectum filii Ibi marito erubescente
uxor ut scortum deluditur et alio uiro traditur Ibi paruulus a sinu ma
tris rapitur et commotis totis uisceribus mater ab eo alienatur Ibi nō
defertur dignitati nec parcitur statui ibi sacerdos ⁊ plebeus una pecu
nia taxantur Ibi miles et rusticus eadem statera ponderantur Inicium
autem malorum hec uide quid sequitur Emitur ⁊ educitur ⁊ unius
uilissimi rustici ⁊ turpissimi uillani seruitio uilissimum mancipium perpe
tuis carceribus condempnatur. nulla amplius spes libertatis uł requiei
nullum prorsus solacium aut consolatio Sed ⁊ in maioris desolationis
obprobrium totius domus ⁊ omnium que in ea sunt onera suis hume
ris imponuntur Et si defectus euenerit uidebis sicut asinum subici uer
beribꝰ et inter uerbera crucis et passionis xp̄i improperiū sibi irrogari d̓
īttollerabilibꝰ laboribus taceo de fame ⁊ siti ⁊ nuditatis opprobrio nihil
dico. sed hoc solum adiungere uolo q͛ et tanta et tam amara est illius
seruitutis anime ⁊ spiritus afflictio q͛ ⁊ mors comparari nequaq̄ʒ posset.
qd enī faciet misera aīa cū se considerat ab omni bono īpeditā ⁊ omni
malo expositam. Uidet sibi dominari inimicum crucis christi. uidet se

oppressam tātis laboribus ⁊ variis occupationibus. considerat se sepa
tam ab ouili xp̄i ⁊ traditam in manus et in fauces luporū. Deniq; uidet
se inclusaʒ perpetuis carceribus ⁊ omni spe frustrataʒ libertatis. demū
videt se derelictam a deo ⁊ traditam in manus diaboli. Certe si optio
daretur magis eligeret mori ꝙ̄ viuere O quanti huius calamitatis dis
crimen non ferentes in baratrum desperationis ceciderunt. O quāti se
multis modis morti exponentes fugierunt ⁊ in montibus ⁊ in sil
uis fame ⁊ siti perierunt uel quod extremum malum est sibiipsis manus
inicientes uel laqueo sibi uitam extorserunt uel seipsos in flumen ꝓi
cientes uitam simul corporis ⁊ anime perdiderunt.

De auiditate eorum possidendi seruos ⁊ ancillas ⁊ de fuga seruorū ⁊ liberatione Septimum capl'm.

Tanta est inter eos auiditas possidendi seruos ⁊ ancillas ut in to
ta turcia vna omniū uniuersalis habeatur ista opinio ꝙ quicunq; po
tuerit possidere unum seruum uel ancillam egestatem amplius nō uide
bit Nec eos fallit ista opinio. Nā pro certo credo ꝙ ꝓpter hoc maledic
tio dei intrat in domum eius ut frustratus totaliter spe felicitatis eter
ne gaudeat felicitate terrēa. nam et ex tunc tanta insatiabilitas cor eius
occupat ut cum unum possederit seruum uel ancillam immediate ad ha
bendum secundum toto cordis desiderio aspiret ⁊ sic deinceps de secū
do ad tercium de tercio ad quartū ⁊ sic crescente culpa in infinitū se ex
tendit concupiscentia ita ꝙ multi inueniantur qui uillas de seruis ⁊ an
cillis constituunt ⁊ seruum cū ancilla coniugio iūgentes domos efficiūt
quatenus ex eis nascentibus filiis ⁊ filiabus suo insaciabili desiderio ali
qualiter satisfiat. In tota enim turcia uix domus inueīt que uno ad mi⁹
seruo uel ancilla careat unde fit ut quantumcunq; in numero et in copia
multiplicentur nunquam tamen ualor uel precium decrescit immo po
tius augetur. Et exinde etiam ipsorum raptorum et etiā mercatorum
exercitatur solertia duʒ conspiciunt suorum mercimoniorum precium et
ualorē ex copia non minui Sed poti⁹ augeri Et sicut dn̄oꝝ magna ē aui
ditas seruos possidendi ita et seruorū magnum est desiderium manus e
orum euadendi. nam nihil aliud inter se tractant non aliud cogitant et
locuntur nisi quomodo ⁊ quo fugiant ⁊ euadere possint Sed cuʒ ipsi do
mini eorū perpendunt ⁊ considerant hoc ex assidua ⁊ mutua collocutiōe
statim incipiūt eis negare copiam alimentorum ne ex superfluitate sibi

ad fugam viaticum preparare possent. Fugiunt igitur multis modis ni
bilominus nihil proficiunt. Nam uix aliquis cum fuga euadere potest.
maxime de hiis qui ultra mare ducuntur. Inuenerūt eniȝ ipsi Turci mł
tos et varios modos eos impediendi requirendi ⁊ inueniendi. Cū igiť
post fugā inuēti fuerint ⁊ reducti duplicať eis miseria. Et si secundo fu
gerint ⁊ fuerint inuenti Iā non ē locus venie sed sine aliq̄ misericordia
verberantur cruciantur ⁊ affligūtur. Si aūt fugiendo ꝑseuerauerint vē
dūtur uł etiā variis necessitatibus a fuga cohercenť Nā alii eos cibo ⁊
potu negato ⁊ vestimētis ꝑmittūt mori Alii massam ferri in pedibꝰ ap
ponūt Alii colla cathenis cōstringunt Alii cōbustis neruis eos claudos
reddūt Alii abscisis auribus ⁊ naso inutiles ⁊ deformes reddūt ⁊ nota
biles Alii etiā crudeliter gladiis occidūt ⁊ interimūt. Sȝ huic incomo
do quoddā remediū inuentū est qꝺ tn̄ nō omnes sȝ solum sapientiores
⁊ mitiores eorū obseruant. ut eniȝ eos a fuga cōpescere et stabiles red
dere possint inducunt eos ad accipiēdū pactū libertatis qꝺ cū faceř con
tenti fuerint ducūt eos ad iudicē ordinariū loci illius ⁊ conueniūt cum e
is in certo termino temporis ⁊ q̄ntitate pecunie ⁊ firmato sup̱ hoc pac
to coram iudice et testibus ⁊ cyroḡpho confecto reddunt eos securos
de libertate habenda. Cū igitur hoc qꝺ in pacto est persoluerit Iudex
eū auctoritate imperiali perpetua donat libertate cū instrumēto solem
p̄ni qꝺ nemini aliquatenus licet infringere per istū modū et ego libera
tus extiti. hec aūt libertas preteritis tēporibꝰ fuerat vniuersalis ⁊ lar
ga ita ꝙ potuissēt ad libitū in turcia stare uel reuerti ad patriā. Istis au
tē tēporibꝰ restricta ē ita ꝙ liberatis non licet reuerti ad patriam sed
solū manere in turcia Et ergo post habitam libertatem magna difficul
tas est posse exire eo ꝙ in omnibus locis siue in portibus maris siue ali
bi interdictum habetur a rege ꝙ nequaq̄ȝ dediti libertati permittantur
ad patriam reuerti. Sunt ⁊ alii q̄ȝ plures modi euadendi inter quos sūt
duo magis usitati Quoꝝ primus est ꝙ illi q̄ p̄nt habere comoditatē ac
q̄rendi pecuniam p̄nt a sacerdotibus peregrinis ⁊ vagantibꝰ huiusmo
di litteras emere et sic occulte recedere. Secūdus ē q̄a sunt q̄dam fu
res sub specie mercatorū illorum qui uēdūt homines eūtes de terra in
terrā qui cū inuenerint seruos uel ancillas fugere volentes recipiunt e
os furtim ⁊ vendunt ad loca remotiora ⁊ si quos inuenerint magis ap
tos faciunt cū eis pactū ⁊ postquā ter aut quater isto modo uēdiderint
liberos cū litteris permittunt abire. de illis aūt qui liberantur paucissi

mi ad pñia3 fuerunt q2 iam ibi familiaritatē contraxerūt uł etiā ꝓpter dif ficultatē ↄcedēdi ut s̄ diximus. ⁊c.

De hiis q nō inuiti nec coacti s3 sponte huic ꝑic'lo se offerūt uł inge runt Octauum Capitulum.

Sed si de hiis q cottidie inuiti deuicti ⁊ coacti adducūt secta illa ful cimētū ⁊ augmētū ↄcipiat. tñ culpa eoꝝ in īmēsu3 excedit facinus il loꝝ q tāꝗ arida ligna huic insatiabili incēdio sine ↄdictōe seipos expone re nō desistunt. s3 isti dū spōte se cottidie in tāta multitudie ad negandū fidē ingerūt nō solū sibi s3 etiā ceteris incitamētū ruine fiūt De quoꝝ ge neratōe ad plagā aquilōis ꝗtuo2 uel qnꝗ magna regna sunt sita quoꝝ ter ras licet turcus ipsis deuictis lōgo añ tp̄e possederit tñ eas ꝓpter ampli tudinē ⁊ latitudinē neꝗꝗ cū turcis adhuc implere potuit quoꝝ hec sunt noia Bosna Arnāt la3 slauoiā albania. vnde usꝗ hodie gentes ille terrā suā sub dñio ipius turci inhabitant. s3 ꝓpter tributa ānualia ⁊ onera gui a ⁊ mł'tas incōmoditates quas patiunt ita ꝺpaupati sunt ꝙ uix se nutrire pñt. vñ fit ut egestate cōpulsi ānuati tp̄e laboris ueniūt ⁊ ꝑ ciuitates tur coꝝ dispgunt ut inopie sue more mercenarioꝝ aliquaten⁹ ualeāt cum su dore laboris subleuamē inuenire Et hii si intēperies aeris nō obstiterit i tāta uenlūt multitudine ꝙ iā nō ꝑ alia mercede s3 solū ꝑ uictu laborare cōtēti sunt ⁊ istis faciliter ꝑsuadet ut nō recedāt ideo ꝙ illius ideomatis et generatōis tāta iā ibi creuerit multitudo ⁊ maxime in ciuitate regia que edrenopolis dr̄ ꝙ fere oēs masculi ⁊ femine pui ⁊ magni hoc ydeo ma loq didicerūt. nā in curia ipius regis uix aliqñ ydeoma turcoꝝ audit eo ꝙ tota curia ⁊ maio2 pars magnatoꝝ ex renegatis illius ydeomatis cōgregata existat Preterea turc⁹ magn⁹ ab omni ꝑda ⁊ rapina decimas suas habet ⁊ cū senserit copiā esse captiuoꝝ ꝑcipit ut omnes iuuenes a xx. ānis ⁊ infra ꝑ ꝑte decime que ad eum spectat sibi offerant S3 ⁊ per omnem terrā sui dñii adhuc multi sunt ꝺ grecis antiqs ⁊ aliis natōib⁹ q castella ⁊ opida plurima inhabitāt ⁊ ab omnib⁹ statutis ⁊ onerib⁹ alioꝝ dñoꝝ liberi ⁊ exempti ipius regis seruiciis intendunt ⁊ ad eius curiā ꝑ tinēt. hoꝝ filios a. xx. ānis ⁊ infra etatis missis nūciis ꝺ qnquēnio ad qn quēniū sibi adducere ꝑcipit ⁊ iubet ut distributi per curias magnatorum suorum in morib⁹ ⁊ uirib⁹ ⁊ in armis erudiant ⁊ exerceant. qui dū circa xx. uel amplius etatis ꝑuenerint reductos ad curiam suā in stipendiū suū eos recipit ⁊ sibi famulari facit. tales eoꝝ lingua gingitscheri uocantur ⁊ habent aliqñ in curia regis. xxx. uel. xl. milia ⁊ portant quedā insignia i

uestimētis ⁊ marie in capite. portāt. n. pileos uel mitras albas q̄bꝯ nemo
audet uti nisi sit de curia regis ⁊ ex illis habentur electi sagittarii quinq̧
uel sex miliū q̄ arcū ad sinistrā trahūt ⁊ uocant̄ czolaclar id est sinistrarii.
Isti hn̄t arcus tāte fortitudinis ꝙ sagitte eorū omne scutū ⁊ loricā pene
trāt ⁊ immediate incedūt an̄ regē Et dū rex ꝓcedit ad cāpū hiis omnibꝰ
q̄si quodā castro utitur. nō eni se mouet ad pugnā ⁊ si omnē execitū suum
frangi contingat nihilominꝰ ip̄e cū suo exercitu uictoriā nō amittit. sicut
audiuimꝰ factū in isto magno triū dierū ⁊ noctiū cōflictu quē habuit cum
rege polonie ubi licet exercitus suus cōis totaliter dispersus fuisset ⁊ uic
tus. tn̄ ip̄e finaliter cū suo exercitu uictoriā obtinuit de istis iā dictis ser
uis suis secūdū uirtutē exptā in eis ꝓmouent̄ ad beneficia regni sui. vn̄
fit ut omnes sui magnates ⁊ principes totius regni quasi q̄dā officiales ⁊
nō dn̄i uel possessores sint a rege cōstituti ⁊ ꝑ cōsequens ip̄e solus dn̄s ⁊
possessor et legitimus dispēsator ⁊ distributor ⁊ gubernator sit totius reg
ni. ceteri uero executores officiales ⁊ aministratores scd̄m suā uolūtatez
⁊ imꝑiū. habet aūt inter alios dn̄os duos maiores q̄ oībꝰ aliis p̄sunt. U
nū citra mare ⁊ aliū ultra mare q̄ secundū suū imꝑiū ⁊ volūtatē hn̄t oīa
negotia regni expedire q̄ uocantur beglerbegi quasi dn̄i dn̄orū. Et exin
de ꝓcedit ꝙ in regno suo q̄uis sit innumerabilis multitudo nō pōt oriri a
liq̄d ꝯdictōis uel repugnātie sed quasi uir unꝰ in oībꝰ ⁊ ꝑ oīa uniti ad u
nicū eius imꝑiū r̄spiciūt subiciunt̄ ⁊ indefesse famulant̄. ⁊ sine eius aucto
ritate nemo aliq̄d audet p̄sumere. Si aūt aliq̄s siue magnū siue ꝑuū attē
ptauerit. eo facto priuatꝰ oī bn̄ficio ⁊ reuocatus ad curiā priori seruituti
subicit̄ si nō fuerit maior pena infligenda Sin aūt ad libitū eū occidit car
ceri deputat uēdit ⁊ in seruitutē idigit sine alicuiꝰ cōdictōis uel r̄spectu
ꝑsone. Nūc uero ex hoc unusq̄sq̧ cognoscere poterit ꝙ illorū r̄proborū
⁊ iniquorū cōcordia nō ex aliquo comodo accidentali uel exteriori ꝓcedit
cū sint illius crudelissimi tiranni seruicio et regimini taliter et cū tanto ti
more mācipati· sꝫ ex quodā essentiali ⁊ interiori fundamēto ⁊ cā que est
desꝑatio de bono et obstinatio in malo ad quā suis culpis exigentibꝰ de
uenerūt quasi inebriati et quodā instinctu diabolico cōstricti et adunati
a furore iusti iudicis cuius calicē indignationis biberūt ut in finē malicie
et totius ꝑuersitatis possint sine intermissione et impedimento currere ⁊
locū suo dn̄o diabolo et anterp̄o p̄pare. q̄ cū eorū male intentōis mensurā
impleuerit et omniū reꝓborū et iniquorū in se ꝑsonā r̄cipiēs maliciaꝫ qua
dei ecclesiam impugnauerūt ad plenū ꝑfecerit ita ut se ab oibus ꝓ deo

adorari faciat. tūc interficiet eū dn̄s ihūs spū oris sui ut ipe cuz suis mē bris seueritatē sentiat pn̄ientis q patientiā dei cōtēpserūt tā diu ad pn̄iā expectātis ꝛc.

De motiuis psuadentib⁹ istā sectā ꝛ pferentibus fidei xp̄iane et de mlti plici genere eoꝝ nonum Capitulum.

Motiua aūt istā sectā ꝛ hūc errorē psuadentia sunt in duplici spē. s. naturalia ꝛ supnaturalia. naturalia iteꝝ duplicia. s. uniuersalia ꝛ pticlaria vniuersalia sunt duplicia. alia cōiecture alia expientie. Cōiecture sunt que cōtingunt a remotis ꝛ solū ex auditu. Expiētie uero que a uisu et sensu pcipiunt. De motiuis cōiecture dicit abbas Joachi sup illud apock. xiii. Et uniuersa terra āmirata ē post bestiā. licz in die suo fit cōplē dū. iā tn̄ nō desunt plimi q admirent ꝛ q̄si titubare incipiūt dicētes qd esse creditur hoc iudiciū q̄ tāta mltitudo aduersat fidei ꝛ q̄ ita p̄ualere pmittit ꝯ pplm xp̄ianū. Putas tot milia hominū dāpnādi sunt q̄si un⁹ hō. Putas sine cā pmittit de⁹ illos in tātā excrescere infinitatē. hec dicētes miseri ceciderūt a fid̄ nesciētes id q̄ scriptū ē Quā magnificata sunt opa tua dn̄e nimis ꝓfunde facte sunt cogitatōes tue. vir insipiens nō cognoscet ꝛ stult⁹ nō intelliget hec. Cū exorti fuerint peccatores ut fenū ꝛ apparuerint oēs q opant iniqtatē ut intereāt in seclz scli. tu aūt altissim⁹ dn̄e hec uero nesciūt stulti q amirant post bestiā ꝛ deserūt fidē xp̄i inclinātes se bestiali ptāti ꝛ trāseuntes ad imūdiciā ei⁹ ꝛ ipius se pfidie heredes faciunt. hec ille. hic abbas ioachim ponit q̄tuor motiua cōiecture. Primo eni sic audiētes potētiā ipi⁹ turci ꝛ uictorias eius ꝯ xp̄ianos ꝛ mlta mala que facit cottidie āmirant ꝛ dicūt Quō tāta mltitudo ꝯriat fidei q̄si dicerent cū ipa ueritas sp p̄ualeat errori ꝛ magis est amata ꝛ desiderata ab oib⁹ nō ē possibile q̄ tam mlti eā ipugnēt ergo ubi mltitudo ibi ueritas Secūdo sic quō possent p̄ualere ueritati cū deus sp sit adiutor ueritatis uel ipam tenētib⁹. ergo q p̄ualent tenēt ueritatē. Tercio sic. quō possibile est q̄ possent sic mltiplicari et crescere cum ois error sit sine fundamēto ꝛ sic nō pōt multiplicari. ergo. ꝛc. Quarto sic quō de⁹ pmittit ut tanta multitudo transeat ad pditōz cū ipe uult oēs hōies saluos fieri ergo ꝛc. Istis motiuis ul cōceptib⁹ rn̄dit ipe abbas ioachim p dic a pste. dicētis Quā magnificata sunt ꝛc. q̄si diceret cū ipa natura ꝓ modico grano cōseruādo ꝛ nutriendo in imensūz faciat multiplicare paleā ꝛ stipulā ꝛ tn̄ in h nō errat. quid miꝝ si de⁹ ꝓpter salutē paucoꝝ iustoꝝ multos reprobos patitur et supportat. Sed hoc nō cōsiderāt insipientes qui pro suis fanta

sis ⁊ cogitationibus volunt iudicare de diuinis operibus incompreben
sibilibus. otiua experientie sunt duplicia. scʒ uniuersalia et pticularia
De uniuersalibus motiuis experientie notandum ꝙ temptationes que
fiunt per experientiã uisus uehementius se ingerunt quam ille que per
auditũ ⁊ cõiecturã percipiuntur. de quibus iã breuiter dictum est. d̉ his
autem que per uisum ⁊ experientiam fiunt nunc diligentius est insistẽduʒ
Unde pro fundamento ipsius materie hic aduertendum est ꝙ in moribꝰ
exterioribus equaliter se habent boni ⁊ mali licet inequali intentione qꝛ
sicut bonis omnia cooperantur in bonum ita econuerso omnia malis in
malum. Unde si boni bonis polleant moribus ad exemplum uirtutis fa
cit Si autem prauis. ad custodiam uirtutis interioris uel humilitatis fa
cit Reprobi autem bonis moribus ad decipiendum. malis autem ad cor
rumpendum animos fidelium utuntur. vnde de primo dicitur molliti sũt
sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula. De secundo autem corrũ
punt bonos mores colloquia praua. Quis enim non dico simplex tantuʒ
sed etiam sapiens quisꝗ non moueretur in prima fronte uidendo tantam
compositionem morum in ipsis infidelibus. Omnem enim leuitatem in
quibuscunꝗ actibus eorum et gestis uestitu ⁊ apparatu detestantur sicut
ignem et abhominantur sicut pestem. uidentes enim leuitatem xpianorũ
in uestitu et equitatu et aliis quibuscunꝗ derident et eos capras et sime
as uocant. Honestissimũ enim modum imo religiosissimũ hñt in uestitu
tam mares quam femine tam maiores quam minores tam curiales quã
etiam ipi rustici et uillani et ita cõnem et simplicem ut omnino nichil in
decentie uel inhonestatis seu superfluitatis uel curiositatis uel leuitatis
possit in eis deprehendi uel notari. de his autem qui religiosiores et d̉
uotiores habentur quid dicam. tantum enim simplicitatis et conformita
tis et singularis apparentie et exemplaritatis ostendunt in actibus gestis
et motibus et uestimentis ut eos aliquem modum regularis obseruantie
crederes professos. In equitatu etiam et aliis apparatibus non solũ sim
plices sed etiam ipsi magnates in tantum deuitant omnem strepitum et
rumorem ut nullo modo aliquis equitat equum qui non sit castratus. In
uno enim exercitu centum mille equorum non audiretur unus minus ru
mor uel strepitus alicuiꝰ equi: In sellis et in frenis nulla ꝓrsus curiositas
nulla uanitas uel superfluitas habetur. In omni apparatu equorum sim
plicissimum tenent modum. Nullus armatus incedit dum ad campum ex
eunt sed omnia arma eorum in sarcinis deferuntur camelorum et muloꝝ

nullus discurrit nllus cū equo saltat vl tēpestat ut ē moris xp̄ianoꝝ Ipsi enī magnates et principes ita simpliciter se hn̄t in oibus ut ab aliis di scerni nō possint Vidi regem euntē ad ecclesiā p longū spacium a palacio suo cū duob9 iuuenib9 ⁊ hoc uidi etiā ad balneū euntē facere. nec reuer tentē de ecclesia ad palaciū aliqs fuit ausus comitari. nec in platea aliqs sibi ausus est occurrere uel clamare sicut solent facere ⁊ dicere uiuat rex ⁊ huiusmodi. Vidi etiā in ecclesia orantē nō in cathedra uel solio regali sed super terrā substrato tapetoclo ad modū ceteroꝝ sedentē. nec circa e um aliquod ornamentū suspensum uel ostensum seu extensum nichil om nino singularitatis in uestimētis uel in equo utit quo possit p̄ aliis cogno sci Vidi eū in exequiis matris sue. nec possibile fuisset me eum potuisse cognoscere nisi michi ostensus fuisset. habet strictissime interdictū ne ali quis eū comitet uel ei in uia occurrat sine sua licentia speciali. omitto mi ra que de eo audiui quō sit affabilis in collocutione matur9 ⁊ benignus i iuditio largus in elemosinis ⁊ in aliis actib9 suis beniuol9. Unde fratres in pera dixerunt eū intrasse ecclesiam eoꝝ ⁊ sedisse in choro ad uidendū cerimonias ⁊ modum officii unde etiā ipsi missam coram eo ipso sic uolē te celebrauerunt ⁊ hostiam non consecratam in eleuatione demonstraue runt uolentes eius curiositati satisfacere. nec tn̄ margaritas porcis prode re Qui etiam dum cum eis de lege ⁊ ritu xp̄ianoꝝ collogum habuisset ⁊ audisset ꝙ episcopi preessent ecclesiis uoluit ut ad consolationem xp̄iano rum aliquem episcopum adducerent cui ad omnia suo statui necessaria p misit se fauorem ⁊ auxilium sine defectu prestituꝝ. Quis autem audiens a longe uictorias bella et exercitus multitudinem gloriam ⁊ magnificenti am talem in eo possit simplicitatem suspicari uel auditam non admirari.

De motiuis experientie et particularibus decimum capitulum.

Motiua particularia sunt duplicia. s. extrinseca ⁊ intrinseca. Extrinse ca sunt ea que pertinent in primis ad mundiciam Tantam enim in omnib9 exterioribus ostendunt se diligere mundiciam ut quasi omnia q bus utuntur suspecta habeantur ab eis de inmundicia. nam in domibus eoꝝ ubi ipsi comedunt nullatenus permittunt ut habeantur pulli uel ꝙ intrēt canes ⁊ si casu canis uel pullus tangeret scutellā vl ollā ex ea āpl9 nullaten9 comederet. qn̄ uolūt comedere pullū pri9 eū sex uel septez die b9 faciunt ligatū teneri et purū granū ad comedendū ei tribui Si quod cunq animal moreret cui non fuisset incisa gula cū gladio uel ferro ⁊ effu sus sanguis totaliter nullo modo ad comedendū de carnibus eius cōtin

geret De mundicia autem corporali tanta est cura maxime illis qui fre
quentant orationem quod in uestimentis ⁊ in corpore minimam maculā nō
sustinerent. de lotionibus autem que orationem precedere debent infra
dicetur capitulo. xiii. Ea etiam de causa nec uinum bibūt nec carnes por
cinas comedunt quia ut ipsi dicunt hominem immundum reddunt Nullo
modo etiam post quamcunqꝫ pollutionem naturalem aliquem secum per
mittit loqui uel se permittit ab aliquo quantum possibile est uideri. nisi
prius totaliter corpore in aqua mersus uel aqua perfusus Unde propter
hoc in ciuitatibus continuis utuntur balneis Ubi autem non habentur
balnea aliquem secretum locum ad hoc preparatum habent in domibus
suis ut statim possint aqua perfundi ante quam domum exeunt Nam pol
lutum quemqꝫ tschumup uocant quod notat immundiciam que multum
execrabilis habetur apud eos. Motiua intriseca sunt. que ad appetitum
et desiderium pertinent. Unde primo occurrit magna simplicitas eorum
quam habent in edificiis eorum. Nullam enim omnino delectationē ha
bent in edificandis et construendis edificiis seu domibus ⁊ licet sint ditis
simi in auro et argento et in pecuniis tamen omnem superfluitatem ⁊ cu
riositatem ita detestantur ut paupertatem crederes eos esse professos.
raro est domus aliqua in ciuitatibus de lapidibus nisi magnorum domi
norum et ecclesiarum et balneorum sed sunt communiter de lignis ⁊ ter
ra costructe. miro etiam modo scandalizantur de xpianis propter edifici
orum superfluitatem hii qui ea uiderunt. cum autem narratur hiis qui nō
uiderunt detestantur dicentes putant se illi pessimi pagani semper uiuer
posse Deniqꝫ ipsi magni domini quando non fit conuocatio ad campum
in estate exeunt ad loca amena et non curantes de domibus habitant in
papilionibus et insistunt continuis uenationibus ⁊ solaciis Preterea est
quedam generatio inter eos non ad aliud nisi ad nutrienda ⁊ custodiēda
pecora operam dans tenens modum antiquorum patrum et isti sunt innu
merabilis multitudinis ita ut dispersi per totam turciam uix sufficit eos
capere terra pre multitudine pecorum et bestiarum non enim curant de
domibus uel edificiis sed circuentes terram secundum comoditatē quā
exigunt ipsa pascua et alie utilitates pecorum In yeme enim ad loca in
feriora et calida descendunt in estate uero ad superiora ascendunt loca
sunt ditissimi et potentissimi in tantum ut eorum unus cum familia sua et
diuiciis unum exercitum armare et expedire possit et tamen habitant in
uilissimis tentoriis et tuguriis demonstrantes se non esse incolas huius

mūdi sꝫ ꝑegrinos ⁊ hoc agunt ex quodā instinctu naturali q̄ꝺ xp̄iani ꝓp
ter xp̄m ⁊ fidē eiꝰ facere ꝺberent ex uoto. Nūc secundo occurrit simplici
tas quā hn̄t in hoc ꝙ picturas seu sculpturas oīm imaginū sic abhorrent
⁊ detestant̄ ut xp̄ianos q̄ in hiis tantū delectant̄ ydolatras ⁊ cultores de
monū uocēt ⁊ in ueritate esse credant. Unde dū essem in chiio ⁊ amasia
toribꝰ turcoꝝ ꝓ recipiendo tributo illuc uenientibꝰ introductis in eccle
siā nostrā volebā ꝑsuadere de imaginibꝰ neq̄q̄ acgescentes sꝫ oībꝰ rōibꝰ
refutatis hoc solū affirmabāt ꝑseuerātes in obstinacia sua uos ydola coli
tis. ludētes etiā ꝓ pecūia quocūq̄ mō uel genere ludendi ita ꝑsecunt̄ ꝙ
inuētos multis ignominiis afficiunt ⁊ puniūt De illa aūt supstitione mari
ma xp̄ianoꝝ p̄sertim in ꝑtibꝰ italie de pingēdis et sculpēdis armis suis
et scribendis noībꝰ suis ⁊ signis in tm̄ generatio turcoꝝ ē aliena ut nec
uestigiū q̄dē inter eos de hoc ualeat repꝑiri. nec utunt̄ sigillis in litteris
siue regalibꝰ siue cuiuscūq̄ alteriꝰ neq̄ aliquo alio signo q̄tūcūq̄ mīo sꝫ
imediate fidem faciunt audito solo nomine litteram mittentis uel etiam
inspecto stilo scribentis Omnia ergo talia ⁊ similia que habent notaꝫ su
persiitatis uel supstionis ipsi uana ⁊ inutilia ⁊ non necessaria reputantes
abhorrent. hec etiā est cā ꝙ usum campanaꝝ neq̄q̄ admittunt. nec etiam
ꝑmittunt ut xp̄iani inter eos cōmorātes utant̄. De simplicitate aūt quam
habēt in sedēdo q̄d dicā. non enim solū ipsi rustici uel homines plebei sꝫ
et omnes principes magnates uel cuiꝰcunq̄ dignitatis uel conditōnis ex
istant Ipse quoq̄ imperator eoꝝ siue ad comedendum siue quodcunq̄ aliud
faciendum nō requirit scampnū uel sedilia uel q̄cunq̄ fulcimentum aliud
ad sedendum sꝫ modo pueroꝝ. honestissimo tamē et quadam decētissima
compositione. recumbit sup terrā deferens ipsi nature omibus equaliter
disponenti. mensa eorum ut plurimū est facta de coreo communi attonso
uel etiam de coreo cerulino nō attōso. rotunditatē p̄ferens q̄tuor uel q̄nq̄
palmarū latitudinis habēs circulos ꝑ circuitū ferreos quibus introducta
corrigia ꝑ modum burse clauditur et aperitur et portat̄ Nullꝰ intrat do
mum uel ecclesiam uel alium locū in quo intendit sedere. nisi discalciatꝰ
unde apud eos inhonestū habet̄ ut calciatꝰ sedeat aliq̄s Et ut hoc cōpe
tētiꝰ fiat utunt̄ quodā gener̄ planellaꝝ q̄ꝺ lingua eoꝝ bathmag dicit̄ pre
sertim femie q̄ꝺ faciliter pōt ꝺponi ⁊ iteꝝ r̄cipi Et cōiter in domibꝰ siue
in ecclesiis locus ubi sedet̄ stratꝰ habet̄ tapeciis laneis uel scirpeis et iun
cinis ul̄ etiā ubi necessitas reqrit habent̄ tabulata eleuata a terra ꝓpter
humiditatē uel imūdiciā locoꝝ sed ꝺ hoc nō taceā licꝫ cū uerecūdia dicā

quō honeste se habeāt ex̄ domū uel in cōspectu ppl'i sicut solet cōtingere in cāpo ad secreta nature pficienda. unde ipsi utunt̄ uestimētis ꝛ femora lib⁹ m'ltm largis ꝛ longis in anteriori pte aptis ꝛ sic etiā in medio exer cit⁹ curuat⁹ ad terrā et reiectis ab int⁹ retrorsum uestimentis. prius de tractis interi⁹ femoralib⁹ sine aliq̄ nudatōe corporis pficit opus nature ita ut uix possit dep̄hēdi ul' suspicari qd faciat. hoc etiā apud eos multuꝫ cauet̄ ne ad faciendū h⁹mōi opus facietenus qs se ad meridiē uertat quo ipsi se solēt uertere orātes Insup̄ si qs stando et erectus modo xp̄ianoꝝ urinaret uel mingeret ꝓ heretico ul' excōicato ab oībus iudicaret̄.

De hiis motiuis que alios attrahunt et etiā ipsos in suo errore mul tū confirmant undecimū capitulum.

Sunt ꝛ aliq̄ motiua alia que nō solū alios attrahūt sed etiaꝫ ipsos in suo errore nō mediocriter confortant et confirmant Et sunt q̄tuor Primū ē feruor maximus quē hn̄t ad illius secte defensionē ꝛ ꝓpugnati onē. Un̄ qn̄ fit cōmotio ad cōgregādū exercitū cum tanta ꝓmptitudine et celeritate concurrunt ꝛ conueniunt ut crederes non ad bellū sed ad nup tias inuitari imo uix pn̄t expectare donec ueniat tempus exeundi sꝫ ꝛ ip si pueniūt sed et si qn̄qꝫ cōtigerit eos a bello uacar̄ magno afficiunt̄ tedio et nō solum illi qui scripti sunt sꝫ q̄si pl'es illis motu ꝓprio ad hoc currūt et festināt et ꝓpterea nō multū laborat turcus ad cōgregandū exercituꝫ suū sꝫ solū missis nūciis ad p̄sidentes designant diē et tēpus et illi imedia te faciūt p̄conizare in ciuitatibus ꝛ opidis ꝛ sic in spatio unius mēsis con ueniunt in ordine secundum q̄ scripti sunt. pedestres seorsuꝫ ab equestri bus unusquisqꝫ cū suo presidente eodem ordine quo et in campo solent castra ponere ꝛ ad pugnam procedere nec etiam utuntur uexillis sed ipsi campi ductores pro signo hn̄t lanceam altam in summitate habentem d̄ pēdētes pilos alicuius coloris p̄ qd̄ oēs ad eū ptinētes pn̄t eū cognosce re Et unusquisqꝫ eoꝝ utit̄ uno timpano magno cū fistula ad cōuocandum suos et ad cōcitandū et ꝓuocādū quando necesse ē ad pugnam Et illi uo cant̄ czūbaschi et unicuiqꝫ eoꝝ subiciuntur centuriones plus uel minus secundum q̄ requirit exercitus et sunt ad minus quatuor ad maius auteꝫ decem et isti uocantur tscheribaschi quorum unusquisqꝫ preest centum e questribus qui uocantur czingheri. iste etiam ordo in pedestrib⁹ obserua tur Cū igit̄ reuertunt̄ d̄ pugna unusquisqꝫ siue magnus siue puus se pn̄tat registrario qui est unus d̄ magnatibus ut si aliquis defuerit loco suo ali⁹ scribi possit Si aūt turc⁹ uiderit ꝯ se guari bellū statim missis nunciis p̄

totū regnū q̄ztū uel q̄ntū cū expēsis remanentiū cogit exire et istē exercitus uocāt escheribor et per istū modū infinitū pōt cōgregare exercitum Et ista omnia cum tanto feruore prosecuntur et faciunt ut unus pro alio se offerat et ille qui remanet iniuriam sibi fieri credat Insuper dicunt se felices fore si non in domo inter lacrimas et sputa muliercularum sed in campo inter hastas et sagittas hostium possint mori et de eis qui sic moriuntur non solum non dolent sed eos sanctos et uictores predicant et extollunt. Secundum est uictoria eorum continua contra xpianos que d aliquos multum mouet ut dictum est in viii. capitulo sed minus sapienter ut infra de interpretatione motiuorum patebit hoc etiam eos multum confortat et confirmat in ipsa secta Unde uictores se nominant et gloriantur quasi uictores totius mundi Orant etiam pro uictoribus specialiter in omnibus congregationibus suis presertim in continuis post comestionem gratiarum actionibus Superbiunt insuper et xpianos feminas de despiciendo nominant et se uiros earum Et ut ad hoc magis ac magis incitentur antecessorum uictorias describunt decantant laudāt et preconizant Tercium est eorum maxima et continua augmentatio non solum ab hiis qui inuicti et uicti adducuntur uel qui se sponte offerunt ut dictum est supra in capitulo septimo sed etiam de hiis qui inter eos generantur Unde unusquisque eorum secundum legem potest habere duodecim legitimas uxores ancillas autem quot et quantum sibi placet sine numero et computatione Et secundum eandem legem omnes filios et filias ancillarum habent equaliter per omnia heredes cum uxorum filiis Unde mercatores eorum aut etiam alii domini potentes et diuites in qualibet ciuitate ubi habent practicare habent unam domum et uxorem filios et filias Et per istum modum aliqui usque ad xii. numerum perducunt numerum uxorum Pauci tamen inueniuntur qui duas uxores in una domo teneant propter iurgium et inquietudinem earum Habet etiam secundum eandē legem libertatem recipiendi dimittendi tenendi et non tenendi uxorem quando sibi placet sine aliquo respectu Unde ligamē matrimonii qđ ipsi kebni uocant in ptāte dicunt esse ipsius uiri et non uxoris Et licet possit soluere ad libitum non potest tamen ligare nisi auctoritate ipsius sacerdotis Quartum est multitudo ad eos conuertentium non solum simplicium sed etiam sapientum Et de omni genere et condictione et dignitate hominum. Unde religiosis et sacerdotibus christianorum ad eos conuertentibus meliorem prouisionem faciunt ut sint exemplum conuer

sionis aliorum unde uidi quendam fratrem ordinis minorum qui magnaz prouisionem de camera regis habebat eo ꝙ negauerat Audiui etiam de uno fratre predicatorum renegato qui dum contra christianos in quodã nauigio cum turcis transisset instante fortuna maris ceteris ereptis naui giis ipse mercedem sue perfidie submerso nauigio solo in quo ipse erat eterne perditionis non immerito suscipere meruit Turci neminem omni no cogunt fidem suam negare nec multum instant ꝺ hoc alicui persuadẽ do nec magnam estimationem faciunt de hiis qui negant unde uidi quen dam qui in curia cuiusdam magni domini puer litteris deditus et tandẽ optimus sacerdos et plebanus habens uxorem et filios mortuo domio sine expressione libertatis ab emulis uenditioni cum filiis suis expositus nec dimissum nisi se ad placitum heredum domini sui liberasset.

De honestate feminarum ipsorum turcorum duodecimum capitulum

Hoc autem quod nunc dicere uolo si quis credere uoluerit in dictamine recte rationis seipsum interroget ac sic ipse michi testis erit ꝙ a ueritate uacuum nullatenus esse poterit Si enim in recte rationis iudicio a capite procedit quicquid in corpore actum fuerit quomodo nõ dicantur procedere a uirorum impudicicia uel lasciuia quicquid in mori bus uxorum inhonestum uel indecens reperitur. cum teste scriptura uir mulieris caput esse comprobetur Certe michi magna admiratio oritur quando honestatem quam uidi in femineo sexu inter turcos considero ⁊ impudicissimos ornatos ⁊ dampnatos mores feminarum inter christianos conspicio Sed quia hoc ꝙ ibi uidi ita uniuersaliter in omni loco turcie ueritatem habet ut penitus aliud fieri non uiderim in oibus ciuitatibus seu locis que perlustraui. hoc autem quod inter christianos uideo non ita comune et uniuersale est ut uniuersali indigeat reprehensione sed so lum quorundam non uirorum certe sed effeminatorum hominum qui ita in carnalitate submersam habent rationem ut nequaquam discernere queant quid comuni proximorum saluti expediat Sed solummodo ad hoc intendunt ut suis impudicissimis cordibus et oculis satisfaciant in cultu meretriceo uxorum suarum nec ꝓpter hoc excusabiles sunt uxores q̄ uiris suis h̄ placere sciũt nec uiris cogunt̃ obedire in h̄ q̄ꝺ obẽ saluti sꝫ q̄ sic cõe habꝫ ꝓuerbium omnis mulier fornicatrix uirorum ꝓcul dubio cul

pa earum culpam excedit dum eaꝝ effrenatā impudiciciā freno discretio
nis non dirigunt O execrāda imo diabolica impudicicia que quia non po
test singl'oꝝ mēbris se supponere polluendā. cōtēdit tñ singl'orū se ocu
lis et affectibꝰ ingerer̃ ꝓstituendā certe m'lto feliciores ꝓstitute in lupa
naribꝰ latētes istis impudicissimis feminis ad ꝑdēdas aīas totā ciuitatē
circueūtibꝰ. sꝫ o m'lieꝝ oim̄ infelicissimū genꝰ credis te tener̃ iura matri
monii que totiens adulteriū cōmittis quotiēs pectꝰ ⁊ collum tuū nudatū
oculos nutātes. faciē placidā. ceruicē erectā capillos defluētes oculis im
pudicis obiecisti Sꝫ tu o uir huiꝰ impudicissime uxoris non tue solum sꝫ
oim̄ o ꝓstibulū sathane qui talem foues et nutris laqueū diaboli nō existi
mas te reddituꝝ rōꝫ ꝺ tot malis dicēte scriptura Qui uiderit mulierē ad
cōcupiscendū eā iā mechatꝰ ē in corde suo sꝫ nūc ad id redeamꝰ de quo ī
tentio est sermōis nr̄i Certe uiros nō imerito dixerim ip̄os turcos q dū q
libet eoꝝ duodecim uxores h̄re sibi licer̃ dicit in nullā sp̄aliter eaꝝ amo
rē suū se inordinate transfundere oñdit. oibꝰ enīꝫ eq̄liter ad cōcipiēde et
nutriēde ꝓlis necessitatē utitur. ⁊ dū unū uiꝝ duodecim femis p̄ferri do
cet illiꝰ infelicissimi generis uilitatē et creatoris sentētiā qua m'lieri di
xit sub potestate uiri eris cōfirmat eosq̄ q feminas sibi dñari patiunt̃ ꝓp
ter libidinis ardorem non uiros sed ruffianos pessimos ip̄iꝰq̄ diaboli ad
iutores ad ꝑdendas aīas nō imerito esse censendos. ꝓ magna enim infa
mia reputaret̃ uiro apud eos si uxor sua in cōspectu uiroꝝ siue in domo ꝓ
pria siue extra domū discoꝑta facie apparere uideret̃. femine eoꝝ simpli
cissimo modo utunt̃ in uestitu sine nota alicuiꝰ curiositatis uel superfluita
tis in capite utunt̃ mitris superpositis uelis ita ut inuoluta diligenter et
decenter mitra. extremitas ueli dependēs remaneat ad dextrā faciei quā
si domū exire uel in domo corā uiris apparere cōtingat statiꝫ circūducer̃
et totam faciē uelare exceptis solis oculis possit. sꝫ hoc de oibꝰ etiā uil
lāis ⁊ simplicioribꝰ dico In ciuitatibꝰ uero magnū nephas putaret̃ si uxor
alicuiꝰ notabil' ex̄ domū nisi tota facie cū subtili serico ita uelata ut ipsa
alios uidere a nemine aūt facies eiꝰ uideri possit exire cōꝑtū fuisset Nūq̄
audet femina ubi ē cōgregatio uiroꝝ cōꝑere ⁊ foꝝ adire uēdere aliq̄d ul'
emer̃ feiaꝫ apud eos oio illicitū ē In eccl'ia maiori locū lōge a uiris h̄nt
seꝑatū ⁊ sic secretū q̄ nēo pōt introspicer̃ ul' aliquo mō intrare ⁊ illū non
oēs sꝫ solū magnoꝝ dñoꝝ uxores ⁊ nūq̄ ampliꝰ nisi in die ueneris ad uni
cā orōnis meridiane horā que apud eos solēpnis ē decet aliquo mō int̃
re. collocutio uiri cū muliere in publico ita raꝝ est ut si inter eos ꝑ annū

esses uix semel experiri posses. mulierem sedere in imerito uel egtare ab oib⁹ haberet ꝓ monstro etiam in domibus ꝓpriis uiri cum uxore nunꝗ in actib⁹ et motibus uel collocutione minimum indicium lasciuie uel inhonestatis deprehendi potest et tanta est maturitas uirorum etiaʒ in domibus propriis ut timor et reuerentia ab omni familia eis exhibentur presertim erga uxores rigorem nunquam relaxant. magni autem domini quia cum uxoribus suis esse semper non possunt eunuchos ad custodiam earum deputatos habent qui cum summa diligentia ita eas custodiunt ut condictionem uiri cuiuscunqꝫ penitus ignorare uideātur nisi mariti sui Reliqua causa breuitatis transeo. hoc autem quod in domo patroni mei ultimi in qua xv. annos continuos fui a feminis expertus uidi longum esset narrare per singula nichilominus non permittit me tacere omnino operis magnitudo Nam uxor filii que. xx. annis in domo eadem iam transegerat et habebat filios et filias nunquam uisa est presente patre mariti aperto ore uel discoperta facie comedisse uel locuta fuisse Et hunc rigorem reuerentie a prima die qua hanc eandem domum intrauerat nunꝗ relaxauit nec in posterum aliquando relaxare decet Et ista est una omnium generalis consuetudo in simili statu degentium apud eos est etiam aliud quod strictissime obseruant facto enim desponsationis pacto inter filium unius et filiam alterius nunquam amplius sponsus aliquo modo audet parentibus uel propinquis sponse colloqui uel apparere usqꝫ in dieʒ nuptiarum sed declinat et fugit erubescendo presentiam eorum quantuʒ est possibile Et hoc idem obseruatur ab ipsa sponsa respectu parentum ⁊ propinquorum sponsi sui ⁊c̄.

De motiuis supernaturalibus et spiritualibus et primo de professiōe et lege turcorum tercium decimum capitulum.

Professio super quam fundata est lex Turcorum ista est layl laha hillallach mehemmet erczullach Hoc uult dicere secundum communem opinionem exponentium Deus est uerus et mechometus est propheta eius maior. Omnium opinionum difficultas in isto professiōis modo consistit Si eni se unius dei cultorē esse persuadere potuerit. uenenū sui erroris sub specie pietatis faciliter diffundit hic est lapis offensionis ad quem multi inpingentes in laqueum perditionis animarum ceciderūt Hec est illa mola asinaria que multorum collis appensa in baratrum

desperationis demerfit. dum enim simplices audiunt eos ydola execrari et omnē formā uel ymaginē sicut lebēne incendiū refutare ꝛ uni⁹ dei cultū tā cōstanter ꝓfiteri et p̄dicare nō manet amplius de eis suspitionis locus sed ꝛ qdā de sapientib⁹ cām duratōis illius secte sup alias sectas ꝛ hereses illā dixerūt esse q: ydola detestat̄ ꝛ unū deū colit. ſ3 hoc m'ltm iꝓuide dictū uidebit̄ si de reproboꝝ duratōe qd scriptura cōmēoret diligēter inspiciat̄. Deus.n. reprobos ideo patienter expectat ut in die iudicii eos in plenitudie peccatorū puniat quos aūt hic citi⁹ tollit nec pmittit ex sentētia agere hoc utiq ideo facit ut in pēis cū eis miti⁹ agat̄ Culpa igit̄ clementiā expectātis cōtēpnētiū reproboꝝ. dū ad infinitū tēdit. qd agit nisi ut furorem iusti iudicis cōtra se grassantis sine remedio ꝛ sine seueri us in pēis uindicē ipa expectet ꝛ recipiat. quō aūt hec professio interpretanda sit in capl'o. xvii. dicet̄. qd aūt cōtineat lex huius ꝓfessionis hic uidendū est. cōis opinio omniū fere turcoꝝ talis ē de lege eoꝝ. dicūt eni3 primū ꝓpha3 magnū cui data fuit lex primit⁹ a deo fuisse missa. i. moysen cui dat⁹ ē liber tefrit quē nos penthatētū uocam⁹ ꝛ oē3 hoie3 q eo tpe ipam legē obseruasset saluatū esse. Cū aūt p successum tpis hūana malicia ꝛ negligentia hanc legē corrupiss3 in hui⁹ p̄uaricatōis r̄mediū elect⁹ est secūd⁹ ꝓpha magn⁹ daūt quē nos dauid dicim⁹ cui datus ē liber czabur quē nos psalteriū uocam⁹ Quo prioris modo seruato ꝛ corrupto Terci⁹ quoq ꝓpha magn⁹ subiūct⁹ ē yesse id ē ihus cui tercia lex cū libro ingil' quē nos euuangeliū dicim⁹ missa ē que suis tempozib⁹ oib⁹ cā salutis fuit Ea tandē p̄cedentiū mō euacuata q̄rt⁹ elect⁹ ē mechometus qui lege3 cū libro q alcoran⁹ dictus ē a deo accepit Que euacuatis oibus ante habitis sola necessitatem salutis donec alia superuenerit plene ꝛ indubitanter ab eis predicatur et dicitur habere. Hec igitur lex alcorani primo in precepto habet ut omnis utriusq sexus dū ad ꝓuectā puenerit etatē ex̄ limites matrimonii uitam non ducat Deinde oēs pari districtōe ad orōnē subicit. que quīq uicibus in die quinq ad hanc deputatis horis ꝛ tempozib⁹ perficitur. Tempus prime orōnis est ortus solis non computando horam sed accipiendo tempus grosso modo eo q ipsi nullam habeant artem computandi sed solum istinctu naturali de tempore iudicant Ista ergo orō p̄ma p q̄tuor erket ꝛ duo czalamat p̄ficit̄. erket ē gemiata inclinatō cum totidem prostrationibus. czalamat autem est ipa secreta orō q̄ facit sedendo post quodlibet erket cum salutatione a dextris ꝛ a sinistris et impressione pacis quam utraq manu in faciem obducendo facit. Tem

pus secunde orationis est circa meridiem que decem erket ꝛ quinqꝫ czalamat continet Tercia oratio in declinatione solis tempore vespertino fit et ipsa octo erket et q̄tuor czalamat habet ꝛc̄. Quarta oratio quinqꝫ erket et tria czalamat continens tempus circa occasum solis sibi uendicat Quinta et ultima reliquarum prolixior xv. erket et octo czalamat habꝫ ꝛ post cenam tardiori hora celebratur Prima oratio eorum lingua dangnanias dicitur secunda orlenanias. tercia kyndinanias quarta achsam naniaꝫ. quinta iaczinanias. has orationes unusquisqꝫ cum parrochiano suo et in ecclesia propria tenetur orare. nisi legitima causa interueniente tunc autem in omni loco hoc licite facere potest in obseruatione temporis eadem est dispensatio ut scꝫ uno tempore suppleat quod alio omissum est Die aūt ueneris que apud eos celebris est attentius orant. non tamen abstinent aut uacant a quocunqꝫ labore In ciuitatibꝰ habetur una solemnis et principalis ecclesia que enemesgit dicitur ad quam in die ueneris omnes cōueniunt tam ipse rex quando presens est quam alii principes et oratione meridiana solempniter peracta fit predicatio et elemosinarum regalium elargitio De ordine autem honestate et silentio quam habēt in ecclesia et deuotione longum foret narrare per singula hoc tamen breuiter dico ꝙ quando turcorum in ecclesia eorum silentium et xp̄ianoruꝫ in sua ecclesia tempore orationis tumultum considero. magna michi admiratio generatur de tanta ordinis permutatione. unde. scꝫ. in illis tanta deuotio et in istis tanta indeuotio esse potest cum tamen contrarium esse debere causa et ratio ipsa requirit. habent et inquisitores qui accusatos de obmissione orationis multis afficiunt ignominiis circumducunt eniꝫ eos tabulam cum caudis uulpinis collo appendentes et non sine taxa pecunie dimittunt maxime si hanc orationis negligentiam in .xl. eorum admiserit. habent enim triplicem lotionem qua se ad orationem preparant. Prima est perfusio totius corporis cum aqua ita diligenter ut non remaneat locus quantus est punctus unius acus intactus ab aqua alioquin inualida esset lotio ista et propter hoc solent frequenter et diligentissime radere pilos in omni parte corporis excepta barba in uiris et caput in mulieribus quorum pilos multo studio lauant et cum pectinibus frequenter discerminā̄t ut aqua penetrare possit Incidūt diligentissime insuper ungues manuū ꝛ pedū ꝛ propter han eandem causam reor eos uti circūcisiōe ut inferiꝰ dicet̄ in ca. xxi. ꝛ hec lotō ut s̄ dictū ē in ca. x. post q̄cūqꝫ pollutōis macl̄ā necessaria ē ꝛ uocat̄ czoagirmeg Secunda lotio uocatur tachriat.

⁊ est necessaria. qn̄cūq; opus nature exercet. uel etiā aliqd ventositatis e
mittit. tūc eni in aliquo loco secreto pudenda ⁊ posteriora abluenda sunt
Tertia locio vocat̄ anptaz. uel abdas. et est necessaria i qnq; sensuū orga
nis. incipiēdo a manib9 qbus lotis cū brachiis usq; ad cubitū. ꝓcedit ad
os ⁊ nares. deinde abluta tota facie cū oculis transit ad aures. et manu
cum aqua super ducto capite descendit ad pedes. et cruris usque ad
tibias ablutis ꝑficit. Hāc lotōnem in omni loco licitū est pagere. ⁊ non ē
necessariū ut p̄cedat vnūquāq; orōnē. nisi forte aliqua imūdicia hoc exigē
te Si aūt post primā orōem. poterit caueri ois imūdicia. eadē die ad oēs
orōes nō reqrit alia lotio. aliq tn̄ ꝓ deuotione. et ꝓ maiori cautela eam
frequētare solent. habēt et vnā lunationē int̄ duodeci lunationes āni cō
munis. in qua ieiunāt. et qa ānus solaris non concordat in mēsibus cum
anno lunari sine embolismo. et ipsi hāc cōputationē ignorātes cōputant
duodeci lunationes ꝓ anno. ideo mensis ieiunij eorū nunc i hyeme. nūc
in estate cōtingit. In ipso aūt ieiunij die abstinēt ab omni genere cibi et
potus. In nocte aūt omni gener̄ ciborū et quotiēs placet utunt̄. Habēt
et vnū pascha in fine ieiunij. in quo visitant memorias mortuorū suorū
ibidem orantes. et que secū portauerunt comedentes. et iuicem osculā
tes dicunt baaram glutioczong hoc est veniat tibi bonū pascha Et hec
omnia obseruant etiā in secūdo paschate. quod in lx. die post primū cele
brant. eo ꝙ tunc uel in ipso die ꝑegrini eorum in mekiie celebrant et ꝑ
agunt ritum ꝑegrinationis sue Nam magna multitudo de secta illa. non
solum de genere turcorum. sed de omni generatione que illi secte deser
uit. scȝ arabes. sarraceni. tartari. annuatim uisitant meōriā et sepulchrū
mechometi. in loco qui ab eis mekiie nominatur. et ē ultra iherusalem
lx. dietas: et non possunt trāsire nisi cum camelis. eo ꝙ arenosa et aridi
ssima est uia illa Unde et soldan9 hȝ ad hoc p̄paratos camelos ꝓ pegri
nis ducēdis. hn̄tur aūt ipi ꝑegrini qui sepulchrū mechometi visitauerūt
in magna reuerencia. et reputatione et vocantur hatschilai. et utūt mul
tis priuilegiis Unde et in iudicio vnius eorum testimonium. pro tribus
aliorum testimoniis acceptatur. et pro eis specialis fit oratio sicut pro
uictoribus. et propter eos duo habentur genera hospitaliorum in omni
loco. vnum in viis aliud in ciuitatibus. hoc ꝙ in viis vocatur czeuuēncȝ
crey. et est edificatio magna in locis ubi non inueniuntur habitatores
sufficiētes ad r̄cipiēdū viatores et ꝑegriōs hoc ꝙ i ciuitatib9 ē uocatur
ymarat que sūt ecclie magne edificate a regib9 et pricipib9 et dotate

multis possessionibus. ita ut omni die potest fieri bina refectio aduenientium et primo peregrinorum secundo studencium ad hoc scriptorum quib9 refectis si quid superfuerit omib9 indifferēter pñtib9 distribuit. Et hoc cottidie tpe prandii et tpe cene Sacerdotes aūt et studētes q ibi scripti hñtur ꝓ refectōe obligantur ibi ꝑagere spāle officiuꝫ ꝓ aīa illius q hoc edificauit et instituit. hñt insup gignasia magna et multa in qbus docentur quedā leges ciuiles edite a regibus pro gubernando regno in quibus q magis ꝓficiunt ꝓmouent ad beneficia ad iudicandū. s. et ad regendum populum. Et hñt duplicem gradum. minores ꝫmi netschum uocantur. maiores uero muderis. minus docti uocantur tamismā quibus sufficit ut alcoranū bene sciant et cerimonias que ad orōnem et cultum legis ptinent et secundū hoc habentur ꝓuisiones eorum. nisi enim sint iudices uel registrarii uel iurisconsulti qui calife dicuntur qui sibi uacare non pñt non habentur alie ꝓuisiones nisi q sint liberi et exempti a seruitute et oneribus cōis populi. Sacerdotes enim eorum non habent occupationem circa curam animarum in audientia confessionum et ministratione sacramentorum et uisitatione infirmorum uel sepulturam mortuorum. nec habent magnam curam ecclesiarum cum reliquiis et ꝑamentis et sacrorum uasorum et altarium de quibus omnibus nihil habetur apud eos. non enim possunt pollui ecclesie eorum uel perdeř sanctitatem quam non sunt consecute. nullam enim differentiam sacerdotes eorum a cōi populo nec ecclesie eorum a domibus cōibus habent. Orōnū numerum possunt sacerdotes et alii sine omissione laboris implere. nō enim uacant meditationibus uel studiis litterarū sꝫ. solatio uxoris et filiorum et cōis familie. iumentorum quoqꝫ et possessionum mercancie et usure iocis et venationibus. auibus et canibus venatoriis. de qbus omnib9 et similibus nichil est eis illicitum facere nec prohibitum. qualis eni lex tales et sacerdotes et qualis cultus tales ministri De hiis que dicēda essent excederent mensuram calami et carte. sed hec breuissime ꝑstrinxi ut darem occasionem reliqua inquirendi et diligentius ꝑscrutandi. pudet enim et tedet me dicere que in particulari de hoc uidi et audiui.

De motiuis supernaturalibus et religiosis. xiiij. Capitulum.

Sanctus augustinus de ciuitate dei libro. xx. c. xix. de signis et prodigiis mendacibus loquens dicit q signa et prodigia duob9 modis dicuntur. mendacia uno modo quia decipiuntur sensus hominum uirtute et arte diabolica ut credatur fieri quod in ueritate nō fit ut sunt fan

tasmata Scḋo mō q̄ꝛ trahūt credētes ad mēdaciū ut .s. credant fieri uir
tute diuina qḋ diabol⁹ facit uel ut credētes sibi fieri ꝓ salute qḋ ad dā
natione͂ fieri cōstat Un̄ ꝙ ignis descēdit de celo ꝛ cōsumpsit familiā ꝛ pe
coꝛa ipsius iob non erat mendaciū licet fieret operatōe diabolica deo ꝑ
mittente. Istis igit̄ modis credendū est unicuiq; fideli ꝓdigia ꝛ signa innu
merabilia mēdaciter fieri ꝑ religiosos ipsoꝝ ꝑfidoꝝ turcoꝝ tā in uita eo
rū ꝗ etiā post moꝛtē. nā tāta ē potentia diaboli in eis ut uideant̄ potius
diaboli incarnati quā hoīes Scḋm eni͂ differentiā quā hn̄t in habitu exte
rioꝛi latet etiā ipa diabolica uirt⁹ in eis. qdā .n. ex eis ꝑferūt maximā pa
tientiā ꝛ isti nō poꝛtāt exteri⁹ aliquē habitū sed nudi incedūt solū coopiē
tes uirilia Et in ista specie religionis inueniunt̄ aliq tāte ꝑfectōis ut q̄si i
passibiles sint ꝛ nichil exterioꝛis impssionis sentire ualeāt. nā in maximis
frigoꝛib⁹ hiemis ipsi nudato toto coꝛpoꝛe icedūt ꝛ nō sentiūt et h̄ sil'r in
in caloꝛib⁹ estatis. Isti sue ꝓbatiōis rōe͂ s ꝛ patiētie ueritatē ostendūt i ua
riis stigmatib⁹ cōbustionū et cicatricib⁹ incisionū coꝛpoꝝ suoꝝ. nā si qs
ꝓbare uoluerit facit sibi apponere ignē uel incidere carnē cū gladio. que
omnia tm̄ sentit ac si lapidi ignē apponeres uel lignū gladio icideres Alii
ex eis magnā ꝑferūt uirtutē abstinentie de illis dicebatur ꝙ ad tantā per
fectionem ꝑueniūt aliq ut rarissime cibū ꝛ potū sumant Aliq aūt ꝛ magis
ꝑfecti sine omni potu et cibo coꝛpoꝛali uiuūt Alii magnā pauptatem hn̄t
ita ut omnino nichil de terrenis reb⁹ cogitantes neq; curantes dicantur
nec in crastinū aliqd retinentes Alii ꝑpetuū silentium tenent et mutoꝛuꝫ
nomine czamutlar nuncupati nullā cū hoibus cōuersatione͂ agūt ne ad lo
quendum prouocentur quoꝝ vnū solū uidere potui nō sine admiratione.
Alij uisionib⁹ alii reuelationib⁹ uariis sunt donati alii rapt⁹ alii extases
supnaturales habēt Et scḋm hoc nullus est inter eos qui nō cōsepuatur
aliquid expientie spūalis ꝑ quod possit haberi certa cōiectura et euidēs
iudiciū qōſit de numero et ordine dermschler hoc est eni nomē omniū i
tali statu degentiū Et scḋm varietatē ipsaꝝ expientiaꝝ spūaliū uel supna
turaliū. etiā differūt in habitu et in modo viuēdi nā vnusquisq; portat sig
nū sue ꝓfessionis Si eni uideris aliquē in capite deferre pennas denotat
eū meditationib⁹ et reuelationibus deditū esse si poꝛtat habitū cōsutum
uariū coloꝝ peciis significat pauptatē illi qui in aures poꝛtāt in auribus.
significant se obedientes esse i spiritu ꝓpter raptuū frequēciā Poꝛtātes
cathenas in collo ul' in brachiis denotāt uiolētiā ul' uehementiā quā ha
bēt in extasi. De pacientibus supnis dictū est qui nudi ambulāt et sic de

aliis multis Varios etiā modos tenēt uinēdi illi eni qui minus impedi
ti sunt in spūalibus scʒ in raptibus et aliis cōem uitā ducūt et habitāt in
ter homines. alii uero seorsū habitāt cōgregati ꝑ modū uille. alii etiam
solitarij i nemoribus et solitudinibus uitā ducūt Alii in ciuitatibus hos
pitalitatē exercentes quorū domos tekye uocanẗ. recipiūt hospites sal
ti ad qescēdū si ñ habēt uñ ꝛficiāt alii ex mēdicitate cōtinua uiuūt alii in
ciuitatibꝰ ꝑtātes aquā cū utribꝰ ꝺ meliori aq̄ q̄ ibi ꝛpiẗ ꝛ cricueūtes ciui
tatem omnibus p̄bent ad bibendum recentem aquam ꝛ nichil mercedis
petunt sed solum sponte oblatum recipiunt Alii habitantes circa sepul
chra nominatorum sanctorum ea custodientes et deuotis oblationibus
populi uiuentes Utrum autem omnes uxores habeant percipe nō potui
eo maxime quia de lege turcorum que hoc precepit. ipsi non curant ꝑ
pter opinionem ipsorum ab aliis deferentem . de quo infra diceẗ capl'o
xx. Non enim obseruant alias cerimonias legis in orationibus ꝛ lotiōibꝰ
et aliis similibus Ideo ꝓpter etiam quia si forma aliarum virtutum in eis
supnaturaliter exercetur ut dictum est credendum est ꝙ etiam ꝓdigium
continentie non debet deesse Nam illud magnum portentū de quo mag
nus inter eos est rumor et dicitur plures cōceptos esse ꝛ natos sine uirili
semie qui nefes ogli dicūtur de qbus etiā in sequēti capl'o fit mētio cre
dendū est fieri ꝑ feminas nō corruptas carnali corruptione potest tamē
esse ꝙ ipse matres taliū sint uxores religiosoꝝ ꝛ ꝓpter ꝓdigiū cōtinen
cie eoꝝ nascātur eis filii mō nō naturali sʒ aliquo alio modo diabolice di
spensatōnis hominibꝰ occulto Unde ꝓpter hoc turcis ipsis nō uidetur in
solitū qñdo xp̄iani dicūt imo ipsi met dicūt ꝛ cōfitenẗ xp̄m ex maria cōcep
tū ꝛ natū sine hūano semie Quōcunq; igiẗ hoc fiat licet sit insolitū et mi
rabile auditu nō tñ impossibile uidebiẗ diabolice potētie si cetera eius o
pera inspiciātur que in eis ꝛ ꝑ eos opaẗ Agūt et ipsi religiosi eoꝝ q̄sdā
festiuitates uẗ ꝓpter uota ppl'i eis oblata uel ꝓpter p̄decessoꝝ suorum
memorias uel etiā ꝓpter cōeʒ pol'i necessitatē scʒ ꝓ pluuia impetranda
uel serenitate ꝛ hꝰmōi et tūc cōueniūt et cōgregātur omēs qui sunt in lo
cis ꝓpinqoribꝰ et fit primo oīm cōmunis refectio occidūt eni aīalia si
habēt si aūt nō habēt faciūt de legumibꝰ uel riso scōm facultatē suaʒ ci
baria q̄lia possunt et cōpleta refectione ille q primus est inter eos accep
to tympano facit modulationē ꝛ surgētes ceteri ꝑ ordinē incipiūt ludeẗ
uocaẗ aūt festiuitas eoꝝ machia et ludus czamach q fit quadā tociꝰ cor
poris regulata et bene modificata agitatōe cū honestis ꝛ dignis ꝛ ualde

decētibus oīm mēbroꝝ motibꝰ. scđm modulationē mensure instrumenti musici ad hoc cōueniēter aptate. ⁊ in fine ꝑ modū vertiginis quodā mo tu velocissimo circulariter ratatōe. uł reuolutōe in quo tota uis ipius lu di cōsistit Nā feruētiores eoꝝ in tanta uelocitate reuoluūť ut non possit utrū sit homo uł statua discerni ab intuētibꝰ et ostēdūt se in hoc quasi su pnaturalē agilitatē corpoꝝ habere. Et licet aliquis possit eos imitari in ceteris ipius ludi gestibꝰ. in isto tū reuolutōnis actu nemo eos quātum cūq3 aptus ⁊ agilis fuerit potest aliquatenꝰ mutari Postquam igiť singuli luserūt. surgūt omēs simul ⁊ cōfuso ordine ludūt emittētes quasdam im precatōnis voces ꝓ salute eorū qui eis uota sua uel elemosinas elargiti sunt Utunť etiā qbusdā sermonibus a ꝑdecessoribus suis sibi traditis. q eos dū in raptu uł in extasi erāt in spū locuti sunt qui suauis sunt facūdie ⁊ rigmatice ꝓlati et faciliter mēte retinētur ⁊ scđm materiā de qua trac tant uł longiores uł breuiores existūt Aliqui eni sex uersus. alii octo uel decem. alii plus alii minus cōtinēt Et trahūt omēs cerimonias legis tur coꝝ ⁊ ritus ad sensum spūalem quoꝝ ego magnā habui copiam tam in scriptis quā mēte ⁊ delectabar in eis eo q magis xpianā religionē con firmāt quā turcoꝝ Unde sacerdotes eoꝝ nō accipiūt eos ad auctoritatē dicētes illos qui eis dixerūt nō intellexisse quid dicerēt quia in raptu uł extasi positi ⁊ extra sensū cōstituti erant dū eos dicerēt. quādo igitur ipsi religiosi sunt inter hoīes vnusquisq3 sue pfectōnis uł ꝓfessionis signum ostendere conať et inter ceteros actꝰ sue ostēsionis nullus est tā ꝓuoca tiuus deuotionis seu feruoris sicut ipse ludus eorum supdictus. nec ca ret misterio Nam ⁊ sancti ꝓphete antiquitꝰ hꝰmōi ludis utebāť in suis festiuis officiis. sicut habetur de Dauid q ludebat ante archā domini. ⁊ de multis aliis veteris testamenti. dum enim quidā eoꝝ in domo no stra hospitaretur post cenam surrexit ⁊ precinxit se ⁊ incepit ludere . et dum se reuolueret audiebantur quedam voces ex ipso sonantes ita vt omnes qui in domo erant attoniti ex admiratione vix potetant se a la chrimis cōtinere Alia vice quidam eoꝝ dum essemus in cena repente raptum incurrit ⁊ totaliter extra se vsu omnium sensuum destitutus est quasi mortuus sedebat nihil mouebatur vel sentiebat. sepius autem apud nos hospitantes de sermonibus supradictis consolationem prebe bnat audiētibus . Sunt enim tante exemplaritatis in omnibus eorum dictis ⁊ factis in moribus ⁊ motibus quoq3 tantam preferentes religio nis ostensionem. vt non homines sed angeli videntur esse. Nam in facie

eorum quādam spūalis representationis notam habentis vt si nunquam amplius vidisses eum: q solius uultus in tuitione eū statim cognoscere posses. Sed quia satis de exteriori apparētia eoꝝ locuti sumus. nūc vl timo videamus si possumus fructus per quos esse cognoscendos tales interius saluator dicit. math. vii si quis enim voluerit dicta eoꝝ et fa cta priuatim et in particulari perscrutari tātā inueniet in eis ambitionē ꝓprie reputatōnis ⁊ tantū spūalis superbie uenenū ut hoc q dicit ange lum sathane se transformare in angelū lucis ꝓprie de ipsis potest intel ligi. Nam ipsi dicunt se pre ceteris a deo electos et quasi amicos dei se ab omibus debere honorari. dicunt se gratiā dei spāliter ab aliis ⁊ pre aliis consecutam ita ut nemo possit saluari nisi mediante gratia eorum et propter hoc dicūt uota ⁊ elemosinas totius sibi debere populi unde si etiaꝫ eos aliquis in modico offenderit statim uindicādo indignationē deisibi imprecantur. Quidam enim eoꝝ dum ad hospitandum uenisset in domū cuiusdam diuitis in partibus illis ubi ego eram. non longe di stans a uilla nostra erat domus eiusdem diuitis. qui dum circa pecora occupatus cum familia quia tempus erat pluuiale nō attendisset hospiti secundū uoluntatē eius. ille immediate de domo exiens uociferando et imprecādo eis indignationē dei recessit eodē anno intantū uindicta dei secuta est ut in domo illa nec de hominibus nec de pecoribus aliquid re manserit qn omnia interierūt. ⁊ hoc de multis aliis audiui factū. unde multū cauetur ab omibus ne in aliquo offendantur. Fideliter igit con siderando. iste nō sunt conditiones amicoꝝ dei qui uult omnes homines saluos fieri. sed ipsius dyaboli qui nō querit nisi perdere. De hac auteꝫ materia adhuc aliqua dicturus in sequēti capitulo. hoc solum addere uolo q omnē maliciam ⁊ uersuciam dyabolice fraudis. omnē deniq ne quiciam artis eius ad perdēdas aīas plenissime in istis reprobis reperi ri nullatenus dubito.

Item de motiuis supernaturalibus ⁊ prodigiis ⁊ signis mendacibus Quindecimum Capitulum.

Inter ceteros huius secte qui post mortem signis ⁊ ꝓdigiis men dacibus claruerunt et adhuc quotidie clarent est unus principa lis qui magne reputationis et uenerationis habet in tota turcia cui no men Sedichasi q interpretatur sanctus uictor uel uictoriosus inter san ctos cuius sepulchrū et sacrū est inter fines othmani et charamani et licet isti duofrequēter inter se discordias habeāt ⁊ unus inuadat terras

in.xlii.capitulo dictum est Quorum opinio est ꝙ lex nichil prodest sed gratia dei est qua oportet omnem hominem saluari que sine merito et lege sufficiens est ad salutem quam ipsi zach matallach nominant Nec illi suam opinionem in aliqua fundant ratione uel auctoritate sed prodigiis et signis eam probare conantur ut infra in capitulo vicesimo patebit Et isti etiam multos habent fautores et sibi consentientes et precipue de illis qui magis spirituales et deuoti existunt Tertia generatio est illorum qui czofilar dicuntur quasi meditatiui uel spiritualibus exerciciis dediti et ipsi habentur in magna reputatione quasi successores prophetarum et patrum qui hanc sectam fundauerunt et se maioris dicūt esse auctoritatis quam ceteri Nec illi fundamentum aliquod sue opinionis habent nisi ꝙ eis dicunt sic ab antiquo traditum Et istorum opinio est ꝙ vnusquisque debet saluari per meritum et hoc sufficit ad salutem sine gratia et lege et hoc ipsi pereketallach uocant Isti multum sunt solliciti ad orationes particulares et exercicia spiritualia in vigiliis et meditationibus nunquam enim cessant ab oratione continua quam ipsi czilar altmach vocant De nocte enim conueniunt et circulariter sedentes incipiunt dicere Laylachillalach repetendo cum commotione capitum per aliquod spacium temporis Et post hec dicunt Lahu.iterum eodem modo repetendo Deinde ultimo dicunt Hu hu.iterum repetendo ita ꝙ quasi exanimes effecti cadunt et obdormiunt Et isti etiam sui opinionis multos habent fautores maxime de hiis qui de antiquitate uel nobilitate generis gloriantur qui Eflieler embieler dicuntur qui igitur autentici habentur quia genus eorum alterius nationis commixtionem non accepit nec ab origine primorum fundatorum illius secte recessit Iste igitur tres generationes cum suis opinionibus omni populo manifeste sunt et plures inter se tam in priuato quam in publico discensiones egerunt nichilominus eo ꝙ equaliter sunt estimate ab omni populo nulla potest preualere alteri sed continuo ad pacem et concordiam reducuntur.

Quarta autem generatio Eorum lingua horife dicitur ꝙ heresim sonat quorum opinio est ꝙ vnusquisque saluatur in lege sua et vnicuique genti seu nationi Lex data est a deo in qua saluari debet et equaliter omnes leges bene sunt eas obseruantibus nec aliqua est proferenda quasi melior aliis Et isti a turcis suspecti habentur et quasi habentur pro scismaticis et si inuenti fuerint conburuntur Et ideo opinionem suam non manifeste sed occulte tenent Cuius generationis vnum reperi dū essem in chyo

qui intrabat ecclesiam christianorum. et signabat se signo crucis. et asp
gebat se aqua benedicta. et dicebat manifeste. uestra lex est ita bona si
cut nostra. quod nullus alterius opinionis turcus pro uita sua faceret. Tan
tis igitur diuisionibus repertis et expertis et in ueritate in hac secta compertis
quis in iudicio recte rationis eam non omni ueritate uacuam. imo non dy
abolicam et omni superstitione plenam. et sine aliquo fundamento estima
ret et merito contempneret.

De secundo et tercio motiuo retrahentibus ab errore turcorum que sunt ignorantia et obstinatio. Vicesimum primum capitulum.

Secundum motiuum per quod habetur euidens argumentum infid
litatis huius secte est ignorantia licet enim maxime sint astucie ad
omne malum perficiendum et in rebus naturalibus magnam et quasi su
pernaturalem habeant practicam. et experientiam. tamen in hiis que ad
salutem pertinent et ad res spirituales cognoscendas tam stolidi tamque i
epti sunt. ut uideantur ad modum bestiarum usu rationis carere et quasi
saxe indurati nichil spiritualis intelligentie posse capere. Nulla enim ars
penitus de liberalibus reperitur doceri in gympasiis eorum de omnibus
aliis scientiis ita sunt alieni. ut nec nomina earum inueniantur uel cogno
scantur ab eis. Quid enim de factis dei quid de misteriis et sacramentis
quid de nobilitate anime uel salute eius intelligere poterunt. qui de ce
remoniis legis sue et institutis nullam sciunt dare rationem. Si enim
diceretur sibi quare non bibis uinum uel quare non comedis carnes por
cinas et sic de aliis p nitus obmutesceret uel aliquid mendacii uel fic
tionis responderet uel ut in capitulo nono dictum est immundiciam cau
saret. de lotionibus autem quibus utuntur. ut supra in capitulo xiii dictum
est et inclinationibus et aliis cerimoniis tantam habent estimationem ut
credant ualere ea ad conferendum gratiam et remissionem peccatorum
et premium uite eterne. de peccatis et casibus conscientie. et quomodo
per peccatum anima maculatur et quomodo per penitentiam iterum
purgatur. quomodo denique deus offenditur. et quomodo placatur insup
de uiciis et uirtutibus. nullum in eis nec minimum indicium cognitio
nis uel scientie habetur. humilitatem laudant. et ceteras uirtutes. super
biam et cetera uicia uituperant. non culpam uel meritum sed solum ipsas
naturales passiones considerantes. non culpam. solum enim crimina qui
bus concordia communitatis uel comodum turbatur priuate conuersati
onis. sicut furtum uel homicidium et cetera talia iudicio condempnant et

et puniunt. de reliquis facinoribus manifestis et occultis magnis et par
uis nulla fit mentio nec confessio nec penitentia nec absolutio. nec cor
rectio. nec finalis emendatio. utuntur et circumcisione non in remedium
alicuius culpe uel peccati eo quod de originali peccato penitus apud eos ig
noratur quid sit. sed solum pro quadam superstitione unde pro magno
improperio habetur quando dicitur alicui czunetsz id est sine circumcisi
one. Et hoc idem ipsi frequenter improperant ceteris dicentes uos in
circumcisi. Sed michi uidetur quod potius utuntur circumcisione propter
hoc ut lotio qua se aqua perfundunt non sit inualida remanēte aliqua sic
citate sub ista pellicula prepucii. sicut superius i decimo capitulo et. xlii.
dictum est. propterea etiam diligenter incidunt ungues et radunt pilos
sed quocunque modo fiat certum est quod non nisi superstitiose utuntur. Nam
filii eorum frequenter sine circumcisione moriuntur. nichil eis solicitudi
nis ut circumcidantur adhibendus quod utique non permitterent fieri si salu
ti crederent obesse uel prodesse. Cum igitur de hoc uel de quibuscunque
aliis interrogati fuerint. ne ignorantia eorum notari possit inuoluunt sen
tentias et quodam obscuro modo loquentes uelamen obducunt excusa
tionis. Et hoc sacerdotes faciunt cum de rebus spiritualibus uel de uita
eterna interrogati fuerint. Seculares uero. quando de hoc inter eos ser
mo oritur. uariis truffis et insolentiis prouocati deridentes et subsanen
tes. Alii dicunt forte habebimus pulchras uxores alii autem forte mul
ta suauia habebimus ad manducandum et bibendum dicunt. et huiusmo
di Si aliquis autem seriose forte aliquid dicere uoluerit. nichil omnino
dignum ad propositum dicere poterit. eo quod omnino nichil rationi conso
num in libris eorum de hoc uel aliis reperiri potest. Et ideo unusquisque
eorum siue sacerdos siue ideota secundum propriam fantasiam de hoc
blasphemant et oblocuntur multa de antechristo quem ipsi tetbschel uo
cant. et de resurrectione mortuorum et extremo iudicio et de inferno et
purgatorio. friuola et absurda et ad libitum inuenta fabulantur et garri
unt. et inter cetera dicunt. post iudicium mechometus omnes liberabit
de inferno cuiuscunque secte uel religionis fuerint. neminem relinquendo
propter magnā potētiā et auctoritatē suā quā habet apud deū. de aliis inūeris
fabulis et mēdaciis que de rebus spiritualibus uersantur inter eos causa breuita
tis dicere plus nolo. hoc tamen adicere uolo quod negcia eorum sicut in ceteris omnibus ue
laie filatōis obtegitur et abscōditur. ita et ignorātia sacerdotū eorum uelo cuprum
auratū sub auri nominis et estimationis rigore obtecta latet. Nam quicquid

dicunt quid ne precipiunt ita uolunt ab omnibus observari quasi pre
ceptum dei ut nemo audeat uel in minimo cōtditionem uel resistentiam
facere. Tercium motiuum per quod habetur euidens argumentum
infidelitatis huius secte est obstinatio Quis autem dubitat ueram fidē
libertatem uoluntatis augere et non minuere Unde in euangelio fideles
docibiles dicti sunt. eo q rationes non spernunt sed probant et malum
per rationes probantes reprobant et bona probantes quecunque non re
cusant de malis quoque bona eliciunt et aduersa ad suam utilitatem retor
quent Et hec omnia fiunt in libertate fidei per quam omnia cooperant
in bonum hii secundum propositum vocati sunt sancti Non autem per
fidia turcorum sic agit sed more bestiarum sectam suam non rationibus
seu argumentis sed gladiis et armis defendere cotendunt eo q in lege
sua sic se habere dicunt in precepto Tantam enim pertinaciam et obsti
nationem inherendo secte ipsius habent q quasi usum rationis uident
amisisse et ad nichil aliud se posse moueri uel flecti ex necessitate osten
dunt Nam quicquid uiderint audierint uel senserint qui hanc sectam nō
commendant inmediate quasi frenetici amentes execrantes ab horrent
fugiunt que tamquam mortale venenum Nec sunt alicuius spiritualis im
pressionis capaces nec aliqua species ueritatis eis motiuū prestare pōt
Et quamuis hec vniuersaliter de omnibus fiat tamen pre omnibus aliis
illi renegati christiani et desperati sic erroribus excecatam habent con
scienciam q uideantur ligati cathenis igneis dyaboli quas nullatenus
disrumpere ualent unde quendam eorum in familiari collocutione inter
rogaui Quare inquiens rogo propter deum hoc fecisti aut quid te mo
uit nichil aliud respondere potuit nisi maledicta dies in qua hoc feci et
ego. Quare ergo non reuerteris ad fidem christi Et ille retorto collo et
auerso vultu non possum inquit non possum. nichil aliud addiciens Est et
aliud non minus de obstinatione eorum notandum Creditur enim pro
certo q non sit aliquod genus nationis de quo ad fidem christi non in
ueniantur aliqui conuersi De ista autem peruersa generatione aliquem
prouecte etatis ad fidem christi posse conuerti quasi pro impossibili ha
betur tamen ut supra in capitulo. xvi. dictum est si fieret magis pro mira
culo habendum esset Nam cū in primis annis Sixti quarti . Legatio q̄
cōtra turcos missa fuerat p mare plurimos eorū Romā detulissent quorum
meliores Pape presentati reliqui aliorū platorū curiis deputati omnes fere
baptisati sunt quorum aliquos ego familiares habui qui magnam deuo

tionem ad fidem christi ostendentes me interpretante etiam confessio nem et cõmunionem petierunt quorum unius quidem confessionem accepi ei autem qui curam eius habebat sacerdoti cõmunionem differre psuasi michi eniz multũ difficile uidebatur uerã fuisse conuersionẽ eoruz sicut postmodũ rei probauit euentus Nam post aliquos ãnos omẽs inuẽ ta occasione et comoditate fugierunt licet etiam qui in curia pape erãt bonam habuissent prouisionem in hoc aperte ostendentes se ad baptis mum ficte accessisse Unde de opinione quam prius habui nunc indubi tatã sentẽciam de eis pferre possum q impossibile sit aliquem turcum fidem christi recipere.

De quodam Notabili facto quod contigit in turcia ad probati onem supradictorum Vicesimumsecundum cpitulum.

Nunc ad supradictoꝝ clariorẽ noticiã ⁊ pbationẽ nõ puto ptereun dũ qđdam factũ notabile qđ me. existente in turcia cõtigit Quod eo cercius credẽdũ venit quia nõ occulte sꝫ p totã turciã puulgatum est ⁊ nõ alicui priuate sꝫ ipo terrarũ rege ⁊ toto regno ei⁹ euenisse narrabat Illius eni Regis qui mirathbeg est dictus. pater illi⁹ qui nũc regnat nõ post mĺto tpe quo nos in captiuitatẽ adduxerũt. Facta est quedã cõtẽtio inter sacerdotes qui tamsinani dicũt. ⁊ religiosos q dermschler nũcupã tur cui⁹ qſtionis talis erat tenor Utrũ vota ⁊ elemosine ⁊ oblatões cõis ppĺi iure debeãtur ipis sacerdotib⁹ uel ipsis religiosis Dicebant enim sacerdotes Nos sum⁹ curã populi habentes in consiliando in iudicãdo in regendo et docendo legem tribuendo et obseruando ⁊ totius populi onus portando Quia igitur ministerium nostrum magis est necessarium populo et vniuerso regno merita vota populi nobis debentur Econuer so isti dicebant Nos sumus successores et vices gerentes illorum qui fundamentum sunt legis et gratie et qui pro populo coram deo assistẽ tes omnes necessitates eius suis meritis et intercessione supplentes. Totius regni mala et periculi auertentes et bona cooperantes omni fa cultate et studio deficiente humano succurrunt et auxiliantur. Et ergo nobis potius elemosine et uota populi iure debentur Cumq; ita conten derent et nulla questio determinationem acciperet in hoc omnes con senserunt. ut causa Regis arbitrio committeretur. Et quidquid ab eo determinatum et iudicatum fuisset sine omni contradictione ratũ ab om nibus haberet Cũ itaq; rex audita cã ⁊ ratões utriusq; ptis. diligentius

puolueret in animo. cepit estimare q̄ misterium sacerdotum regno ma gis necessariū esset propter rationes supradictas. et q̄ ppterea uota po puli in recompensationem retributionis magis ad eos pertinerent. Sed dum ista uoluntatis conceptio regis ad religiosorum peruenisset noticiam illico regem adierunt et petierunt ne istam sententiam diffinitiue profer ret. donec ipsi inter se diligentius de hac re conferre possent. ne anustici patio sententie in tam ardua causa perplexitatem animorum generaret futuram. Quibus dum rex annuisset et septem dierum inducias interpo suisset. una nocte transactis aliquibus diebus. regi in stratu suo requie scenti subito magna cōmotio uiscerum quasi instaret necessitas nature ex oritur. qui cum festinatione surgens. ad locuз explende necessitatis perue nit. cum igitur cum quodam impetu super sedes se iactasset subito tabu la sub eo rumpitur. et deorsum cadens rex in medio loci super quandaз partem muri. uel ut dicebatur super quodam ligno suspensus remanens ad infima non descendit. dum autem uociferaret et nemo auxiliuз presta re posset. eo q̄ omnes porte seris firmate inuente sunt. Tandem fatiga tus quasi uni⁹ hore spacio laborans et nichil proficiens subito uenit in mentem eius ut aliquem sanctorum inuocaret. quod cum fecisset. mox in loco lumen apparuit. et quidam in forma religiosorum apparens. sic euз alloquitur. O domine rex ubi sunt illi quos tibi et regno tuo tam necessa rios estimasti quare in ista necessitate tibi non subueniunt. Illo auteз pre timore et terrore uisionis nichil respondente. ille adiecit. O rex noli ti mere scire te uolo q̄ illi tibi ⁊ regno tuo magis necessarii sunt qui in ex tremis necessitatibus auxilium prestare possunt. et cum defecerit uirtus humana. tunc inuocantibus se uirtus eorum maxime se ostendit ⁊ succur rit. uniuersis. et cum hoc dixisset. ipso rege sine aliqua molestia proprio lecto restituto. ab oculis eius euanuit. Et sic rex ad se reuersus. quid sibi acciderit animo reuoluens. licet ex prodigio cum admiratione suspensus tamen quia de difficultate questionis certificatus et instructus multum contentus erat. facto igitur mane omnibus conuocatis. rem per ordinem exponit et iubet. ut cito omnes religiosi qui tunc inueniri poterant corā eo adducerentur. Quo facto ipse sedens in solio suo iuxta se habens uas plenum pecuniis. singulos religiosorum ad se accedere fecit. diligentius unumquēq; intuens cognoscere uolens illum qui sibi aparuerat. unicuiq; de pecunia quantum pugillus capere poterat elargiendo. Cumq; singuli

pertransissent. et de supradicto nichil noticie interuenisset. et ipse rex de
hoc miraretur. ille qui inter eos maior erat accessit et dixit ei. noueris
rex ꝙ ille qui tibi aparuit. unus quidem tibi uisus est. sed in persona om
nium nostrum hoc factum esse non dubites. eo ꝙ omnium nostrum causa
in communi tractabatur. Ex tali igitur uisione immo ut melius dicam di
abolica illusione rex ille in tantam dementiam et alienationem animi ꝑ
ductus est. ut filio suo paruulo uix adhuc decem annorum in sede regni
relicto ipse ad quandam ciuitatem que mamissa dicitur secessit. et cum a
liis religiosis quorum ibi est magna multitudo uitā ducere decreuit. Trās
acto autem in hoc suo proposito aliquo temporis spacio et filio sedente
in solio regali. quedam turbatio magna non sine sanguinis effusione inter
curiales exorta est. intantum ut turbationem totius regni nonnulli timuis
sent futuram. si citius non fuisset remedium adhibitum. Nam illi qui gin
gitsceri dicuntur quorum in curia regia magna est multitudo. contemp
to puero regi sibi unum qui eis preesset elegerunt. ut se possent oppone
re contra omnes qui eis non consentirent. Quod dum principes et mag
nates perpendissent. regem patrem uidelicet pueri adeuntes. non tam p̄
cibus quam minis persuaserunt ut regni totius discrimen quod immine
bat auerteret. et futuro malo antequam in augmentum ueniret. se oppo
neret Sic igitur licet reluctantem ad sedem pristinam redexerunt et us
que ad mortem regnare coegerunt. factum istud in tanto fuit rumore per
totam turciam ut a singulis fere nichil aliud tunc tractaretur. Ego etiam
licet a pluribus in communi locutione audiuissem. tamen specialiter et
priuatim ab uno religiosorum qui tunc personaliter interfuerat diligenti
us singula cognoui. Qui etiam quantum pecunie de manu regis tunc ac
cepisset. et quantum gratie et fauoris unusquisque consecutus fuisset a rege.
et plura alia que tunc contigerant. narrauit etc. Est et aliud factum non
mediocre quod non superflue ad predicta addendum putaui. quod regis
illius qui nunc regnat filii illius de quo nunc dictum est temporibus con
tigisse narrabatur. Est enim in partibus orientalibus quidam magnus tar
tarus qui demirleng dicitur de quo etiam superius mentio facta est. Qui
quodam tempore ad mortem regis turcorum stimulante odio aspirans
quosdā sui generis ī oī negcia artis diabolice famosos ⁊ expertos ꝑcib⁹ et
p̄cio idux it pl'a eis tribuēs s; ml'to āpliora ꝑmittēs si caput turci inimici

sui sibi deferrent Qui dū exequendi facinoris cōmoditatē ꝛ modū pluribus tēporibus quesissent et in omnibus rei difficultas occurreret. ꝛ quia ipsi multe artis diabolice. magice quoqꝫ ꝛ nigromancie non modicam habentes periciā cogitauerūt aliquid nouitatis ptendere. ut sub hoc pretextu dū regi curioso fuissent presentati. ꝛ ipsi non posse se artem et ludū nouitatis sue exercere nisi omnibus exclusis dicerent. ad sui ppositi comodum et execucionem uenire possent. Sꝫ rex auisatus per quosdā qui illos suspectos habuerant eorum machinamenta cautus puenit. Nā dum insitati a rege in habitu ꝛ forma religiosorum exterius. armis uero intus bene muniti ante quam ad ipsum regem intrassent capti et penis subacti hoc malum quod in regem cogitauerunt ipsi a rege interempti experti sunt. Preterea omne fere nephas publicum exercentes in ciuitatibus in uiis et nemoribus et stratis publicis bono cōmuni ꝛ paci insidiantes criminosiqꝫ et omnia genera flagitiorum sectantes narrabantur eisdem temporibus in habitu et forma religiosorum latitare. Quibus omnibus rex permotus et per maxime supradictorum nequicia cōmotus. emisso publico edicto omnes religiosos de regno suo expellere ac perturbare fecit et inuentū quemquam in habitu religionis publice pene et custodia subactuꝫ. rebus omnibus et uita priuari mandauit. Tantam autem execrationem et detestationem illius generationis regis animum tunc occupauit. ut non solū nomen illud audire non poterat. sed etiam quoslibet qui in habitu pauperum sibi ubicunqꝫ occurrissent. nullatenus sine perturbatione poterat intueri. Unde qui eum cōmitabantur uel precedebant. in locis quibus erat transiturus nequaquam pauperem aliquem sinebant apparere. Et si quis incaute apparuisset perturbationis eius seuiciam in contumeliis et uerberibus experiebatur. Huius rei tanto securior testimoniuꝫ perhibere possum quanto eam uerius non sine timore et periculo in meipso expertus didici una enim dierum diluculo post ortum solis contra aulaꝫ regis propter frigus ad solem cum pluribus aliis diuersi generis et habitus hominibus et pauperibus sedendo ad spectaculum curie et principum quorum multi ad regem qua de causa nescio tunc uenerant transacta hora iam sexta incaute remansimus. recedente igitur uniuersa curia inopinate uidimus de curia regis exeuntes equestres precedente precone cū baculo et subsequentibus duobus iuuenibus et regem ad balneum quod retro nos erat iterum. Uisis igitur nobis mox ipse rex cum magno strepitu uocem emisit. Tunc preco cum uelocissimo cursu uenit ad expellen

dum nos a facie regis. Et illos quidem qui ad uiam quo erat iturus fuge
rant non credo uerbera euadere potuisse. me autem qui ad aliam partez
fugi licet tunc uix euadere potui timoris tamen magnitudo in futurū cau
tiorem me reddidit ut ante conspectum eius maxime cum aliis pauperi
bus nequaquam ultra comparerem in uia in qua erat transiturus Ex hiis
igitur exemplis unusquisqꝫ fideliter considerans poterit perpendere om
nia que de ista secta dicta sunt ueritatem habere maxime circa diuisionē
obstinationem et ignorantiam.

De recomendatione religionis christiane .xxiii. capitulum.

De secta turcorum in superioribus sub breuissimo compendio dictū
est. quomodo uidelicet omni fundamento ueritatis careant. de ne
quicia quoqꝫ turcorum et malicia quibus christianos persequuntur. ⁊ de
motiuis eam ueram persuadentibus ⁊ de hiis que ab ea retrahunt. et ꝺ
omnium motiuorum illorum declaratione et interpretatione cum quibus
dam exemplis. Nunc in isto finali capitulo de recōmendatione religionis
sanctissime christianorum paucissimis uerbis aliquid dicere debitum esti
mo. ut de eiusdem ueritate cum illius secte erroribus comparatione fac
ta quilibet fidelis quam eligere quamqꝫ detestari debeat luce clarius in
telligere possit licet igitur sanctissimam et dignissimaz religionem chri
stiane legis nulla lingua sufficienter possit extollere et sicut debitum es
set magnificare tamen quantum ad presentis materie exigentiam bre
uissime in septem causis principaliter eam intendo cōmedatam habere
scilicet in fundamenti eius firmitate et necessitate. In cultꝰ eius dignita
te In sacramentorum eius sanctitate. In uirtutum eius nobilitate. In
scientie eius sublimitate In meritorum eius qualitate. In premiorum
eius quantitate Sanctissima religio christiana misterium sancte ⁊ indiui
due trinitatis pro fundamento habet. cuius ab inicio mundi tanta neces
sitas fuit. ut sine eius agnitione nulla penitus esset causa salutis et uia ul
modus placandi iram dei. Unde sicut in ueteri testamento nemini pror
sus dabatur spes uenie uel clementie dei nisi misterium sancte trinitatis
ei fuisset uel in enigmate uel in aliquo signo uel figura demonstratum.
Sic et in nouo testamento nemini penitus est spes amicicie dei nisi mi
sterio sancte trinitatis ueraciter sit imbutus Et per caracteris impres
sionem substantialiter ei informatus. Habuit et ab inicio hoc ipm
sanctissime trinitatis fundamentum tantam in mentibus fidelium fir

mitatis efficaciam q illle antiquus humani generis hostis cum omnibus artibus dolositatis sue ipsiusq carnis illecebre. et mundi fraudulentiis in fidie. super edificatā ei fidei spei et caritatis structurā nūq deicere potu erunt nec usq in finē h ipm facere aliquatenus facere poterunt. licet in nouissimis tpib nris. f et futuris maxia fit ipi diaboli ptās etc. Fremat igit in reprobis mecbomet seuiat quātū poterit in anxpo diabol nullū fructum sue negcie reportabit s3 qcūq malicie excogitar poterit. electis dei ad gloriā sibi aūt et suis cōplicib ad eterne damnationis augmētum redūdabit Cult sanctissime religiōis xpiane tante est dignitatis ut in pn cipali actu suo ipsos mortales homines ualeat quodāmodo ipsis supnis ciuib coequare. Nam licet illi eterno deo ineffabiles laudes et diuia ob sequa indefesse reddant. tamen diuine maiestatis oculis non minus place re comprobantur debite seruitutis officia et gratuita obsequa necnon ip sa laudum sacrificia. que ueri cultores in spiritu et ueritate de donis et muneribus desuper eis datis in ecclesia militanti quottidie offerunt In ceteris etiam que in ea geruntur excedit in dignitate omnes actus hūa nos quantumcunq dignos et precipuos Si enim inspiciatur sacre doc trine procedendi grauitas. tractantium maturitas. materiarum confor mitas fundamentorum soliditas doctorum auctoritas misteriorum sub limitas. sacramentorum sanctitas. sententiarum firmitas uerborum te nacitas. argumentorum inconcussa ueritas. rationum securitas dubiorū clara dilucidatio errorum omnium confutatio. contemplatio diuinorum deuotio officiorum. ministrorum nobilitas. prelatorum dignitas subdito rum simplicitas. efficacia docendorum sufficientia omnium ad salutem p tinetium insuper habundantia gratiarum uirtutum redolētia. deniq om nium diuinarum et humanarum rerum magisterium et fidelium animarū consolatio singularis omniumq spritualium carismatum copia et plenitu do aliarumq rerum summum fastigium et excellentia infinita credo q si omnes humanorum actuum excellentie fuerint exhibite parti hui ex treme non ualeant compari. Sacramentorum sanctitas huius sancte religionis tanta est ut in creatura rationali non solum interioris hominis substantiam diuino usui aptam reddere sed etiam tantarum ei gratiarū redundantiā infūdere sufficit. ut et s3m exterioris hōis faclītatē ad utilita tē. prox d effluētia grax i colloquēdo i puersādo i docēdo et exhortādo in consulendo et in necessitatibus spiritualibus et temporalibus subueni endo. et in aliis operibus pietatis seruiendo. fructum salutis ualeat opa

ri et singulorū animos ad amorem dei ꝓuocare Si autem maioris desi
derii corda fragrancia inuenerit tantā habet efficaciā ⁊ potentiā pcipue
sanctitas sacratissime eukaristie ut utriusqꝫ hominis sub lata viciorū et
terrenorū sarcina adhuc in terra positis illius celestis patrie gustū fruiti
onis valeat conferre Adhuc etiā ipsorū quatuor elementorū solis quoqꝫ
et lune dignitatem et nobilitatē ceterarūqꝫ creaturarū in multiplici ydo
lorū et demoniorū cultura decus et ornatū ꝑdita et amissa recuꝑare et
pristini ualore restituere id quoqꝫ quod in uariarū insensatorum rerum
nephando obsequio a reprobis a principio mundi infideliter exhibito
neglectum uel deformatū est. in usu uerorū cultorū. ad honorem ⁊ lau
dem creatoris et gloriam ipsius summi dei renouare plenissime et rein
tegrare sua efficacia potest. hoc quoqꝫ ꝙ in quorūcūqꝫ blasphemorū usu
male dictū est uel maledicendū usqꝫ in finem mundi erit ipsis impiis ad
dampnationis cumulū. Electis uero ad mltiplicem meritorum fructum
cooꝑari finaliter et exhibere potest. Virtutum nobilitas quibus aie
scte in xpianitatis religione exercentur ad uite spiritualis ꝑfectū. scdm
modū et formā virtutum naturaliū ad uite sensibilis ꝑfectionē regulant
Spiritus enim sensibilis de capite in mēbra corporis diffundit et scdm
dispositionē organorū format actꝰ in oꝑationē Eodem modo ipa diui
na gratia in anima rationali residens secundū dispositionem uoluntatum
et affectuū humanorū format effectus spiritualis uite Uide quā nobilē
fructum fidei ex affectu tam bene disposito sancti abrahe patriarche.
diuina gratia ꝑduxit. qui propter excellentiam ipsius fidei quā in deum
habuit filio suo non tam caro quā raro ymo primogenito et vnigenito
non curauit parcere. fructus autē spei in affectu Noe sancti. qualis fuit.
qui vniuerso orbe corrupto. solus in fabricatione arche laborare tēpe
tam longo non fastidiuit Quid caritatis fructus in sancto moyse. qui a
more supno ardens. filiū filie pharaonis se negauit et percusso egiptio
hebreum liberans iram pharaonis in currere non timuit Sed hec qua
si quedam semina in sanctis patribus veteris testamenti ptransiēs. si ad
amplissimā messem sanctorum noui testamenti accedere et quid in singu
lorū purificate mentis affectu diuina gratia tā de theologicis quā cardi
nalibus et moralibus uirtutum speciebus. fructus ꝑduxerit scire quis
et intelligere uoluerit. xpianorū librarias ꝑcurrat et dū quasi infinitam
legendarum multitudinem huius materie inspexerit īperiet proculdubio
magis ad mirandam quam inuestigandam huius religionis uirtutum no

bilitatem Hoc autem non tam mirabile quam ineffabile quod in affec
tu spirituali electorum nouissimi temporis operandum uenit. diligentio
ri studio et deuotioni relinque In hoc concludere volo q quicquid ordi
nis. quicquid perfectionis et decoris quidue dignitatis et excellentie.
in vniuerso orbe a principio usqz in finem reperiri potuit totum ab hui9
sanctissime religionis virtutum nobilitate processit. Quibus sublatis.
Nullus ordo sed sempiternus horror et error permanebit. Sublimi
tatem sciencie huius religionis intelligendam. nullū conuenientioris simi
litudinis modum inuenio quam sicut de paradiso exeuntes quatuor flu
mina. totum mundum irrigarunt sic nimirum quatuor euangeliorum sci
entia et doctrina. de religione christiana quasi paradiso celesti egrediēs
vniuersam humanam naturam. diu aridam et sterilem salutis fetu fecun
dauit. Ille enim magister celestis qui dixit. vos uocatis me magister z
domine. et bene dicitis. sum etenim. veniens in terris scolas tenuit. san
ctam katholicam ecclesiam instituit. et scientie sublimitatem quaz in ea
docuit et posteris docendum dereliquit. manifeste ostendit quando dix
it omnia quecumqz audiui a patre meo nota feci uobis O admirandum
misterium ea que in celo empirreo et in consistorio sancte trinitatis trac
tantur. hominibus in terra manifestantur. O inmensa dignitas religiōis
christiane que in scientia angelos. archangelos. et reliquos ordines be
atorum spirituum transcendit et ad ipsorum Cherubin et Seraphin ar
chana consilia accedit. Et quid mirum si hec scientia de hominibus de
os. de mortalibus immortales facere potest que talem ac tantum doct
orem habuit Huius sanctissime scientie sublimitatem profunditatem
longitudinem et latitudinem intellectus non capit humanus. nec lingua
exprimit. sed fide percipitur. spe retinetur. et caritate perficitur Huius
scientie scolam qui intrauerit quamuis indoctus doctissimus euadit.
Quicunqz autem eam ingredi aut negligit aut contempnit quamuis doc
tissimus ignorantie sue tamen cecitatem ineternum lugebit. De me
ritorum qualitate huius sanctissime christiane religionis argumentari.
aut dubitare ipsis infidelibus et hereticis derelinquo. quorumquidam
christum non uerum deum Alii non uerum hominem. reliqui solum pro
phetam fuisse blasphemarunt. Nemo autem fidelium qui christum filiū
dei et verum filium hominis de spiritu sancto conceptum De maria uir
gine natum Inter homines Trigintatribus annis conuersatum et post
infinitos labores post miraculorum et doctrinarum insignia a Judeis

captum. ligatum. flagellatum. consputum derisum. illusum spinis corona
tum et infinitis doloribus et confusionibus obprobriis ⁊ iniuriis ⁊ blas
phemiis saciatum. tandem inter latrones affixum cruci ⁊ pro salute hu
mani generis acerbissima morte finitum. credunt confitentur et suppli
citer adorant de eius infinito merito dubitare permittitur. quod autē
infinitum est ultra multiplicare non potest. Superfluum tamen non est
Gloriose virginis marie omnium sanctorum apostolorum martirum con
fessorum atq̧ virginum merita quibus christiana religio dotata est ad
dere uoluero De quantitate premiorum quid dicendum putamus.
Nonne iustum est ut scd̄m laborem requies. secundum dolores gaudiū
et secundum confusionem gloria retribuatur Firmiter igitur credam⁹
et nullatenus dubitemus. huic sanctissime religioni. pro infinito labore
eterne requiei solacium. pro tantarum passionum doloribus. sempiter
ni gaudii refrigerium pro confusionum et obprobriorū inmensitate con
solationem glorie sine fine mensure. in retributionis premium a iusto
et eterno iudice in suo districto et extremo iudicio exhiberi. Felix igit̄
ymmo felitior et felicissima anima que huius sanctissime religionis fun
damenti firmitate fundata. cultus eius dignitate mācipata. sacramento
rum quoq̧ eius sanctitate consecrata virtutum nobilitate decorata. et
scientie eius sublimitate tam fideliter et excellenter imbuta. ut per eius
infinita merita. ad premiorum eius tam sublimia fastigia finaliter ualeat
peruenire. Quod nobis prestare dignetur. Jhesus christus dominus no
ster Qui cū pr̄e ⁊ spū sancto viuit ⁊ regnat de⁹ in sec̄la secl̄oꝝ Amen.

Qui de secta turcorum magna et admiranda scire desideras. pauca que
hic inculto sermone et incompositis uerbis dicta sunt Rogo ne spernas
Nam si singula bene inspecta et intellecta fuerint de multis et magnis
debite inquisitionis materiam et rei ueritatis seriē nequaquam tibi ne
gabunt. FINIS.

Ratio testimonialis eorum que dicta sunt.

SI in rerum humanarum dubiis maiori experientie fides adhibet̄
potior nulli minorem michi de conditione ⁊ ritu turcorum loquē
tium fidem debere censeo. qui eorum truculentissime captiuitatis ⁊ hor

ende persecutionis per integros uiginti annos terribiles tempestatum
spiritualium turbines ꝛ immensa pericula corporis et anime pertuli. Et
ut possim euadere precipue periculum anime ꝛ conseruare fidem christi
octo solennes fugas peregi quarum quelibet hominem non solum in ꝑ
turbationem mittere. uerum etiam in desperationis foueaꝫ deicere suffi
ciens materia existere potuisset Quater quoqꝫ post fugaꝫ precio redemp
tus. septies pro pecunia uenditus ꝛ totidem emptus fui. Preterea in
tantum conuersationis eorum consortio astrictus fui. ut maternaꝫ linguā
oblitus. eorum barbarice ideomatis loquela ad plenum eruditus. necnō
litterature eorum tam extranee et peruerse non mediocriter instructus
adeo ut sacerdos eorum unus de maioribus ad beneficium ecclesie sue
non modicis redditibus dotatum quod ipse michi obtulit. me sufficien
tem ꝛ idoneum estimaret Porro religiosorum eorum moribus ꝛ ritui
sic me conformaui ut sermonum spiritualium quibus ipsi in collationibus
suis et propositionibus populi utuntur tantam haberem experientiam ꝛ
copiam tam in scriptis quam in mente. ut non solum uicini nostri qui me
frequenter audiebant in congregationibus suis uerum etiam de aliis lo
cis me proponentem audire desiderabant. ipsorum quoqꝫ religiosorum
plurimi. quos proponerent populo a me didicere sermones. Deniqꝫ do
mino meo ita carus eram. ut sepius in collocutione plurium plus quam
filium suum quem unicum habebat me diligere assereret. et propter hoc
post adeptam libertatem promissionibus et precibus me omnibus mo
dis retinere attemptabat. Sed qꝛ sciebat me ualde auidum ad discendū
lr̄as ꝑ excusationem qua me finxi ad studium ire et reuerti deceptus me
dimisit. non tn̄ sine totius familie sue desolatione. rogans per nomē dei
ꝛ mechometi me adiurans ut quantocius redirem Et forte adhuc reuer
surum a studio expectat ut uidelicet de meo sacerdotio et sui desiderii
impletione duplex sibi gaudium quod multum optauerat accrescat. De
mum in fine qđ ualde paucis ductis in eorum captiuitatem cōtingere pōt
cum lr̄a imperiali auctoritate confecta ꝛ autenticorum testium solempni
uallata testimonio. deo michi adiutorium prestante: et misericordiam. nō
solum illius durissime captiuitatis nexibus solutus. uerum etiam illius
cruentissime secte diabolica infectione absolutus liber exiui. Detur igit̄
maioris experientie testimonium cum euidenti ratione Et ego meis post
positis suis assertionibus indubitanter cum ceteris fidem adhibebo.

Isti sunt duo sermones in vulgari Turchorum

Caffil olma athsgoesingi. halinga bak oeleni gore.
Kuenelit itma doennede. pasuclerungdeleni goer
Nitsthbeler yatir duessuebeni. gir nulan tsthbeyan uessuebenk
Czuemuekleri tsassabeni. tsthuerrybeni olam guer.
Kym ach iduep kilir zari. kuenethdur ellinde uuari.
Hutsthmisth yatir kari giri. myzkynueri guueleni goer
Czorma ballynkymczene. uuarma yeramanczine
Kymczini goefdeczini uulsub gyeni iulani goer.
Pane mehenimet mustafa. huekym itti kaftan kaffa
Doenne kyme kildi baffa. aldaniben galani goer.
Aldanma maladauuara kulukeyla haka yar
Seuigile bile uuara. baki iotasth olani goer.
Ionus bil czusleri tsattar. halka moriffet satar
Sendiczi ne hadar duttar czoledigi ialani goer.

Ianar itschim goner osim. bon oelim angitstac
Olim endesthberczin hosth. uululaza damtsthag
Oliczeris belli bean. gisli itsthimis olor ean.
Tenesthir ustine konp. halk vnginde iuumtsthad.
Pitsch hilmeczem ben nitge idem. hāke ianna czaffaridem
Yaccaffis don geemgidem. baschfis atta binnitsthbeg.
Selle banga kauum gardasth ola czimdegi ioltasth.
Kim olaczar banga haltasth. ben czinindo egalitsthbag.
Salam ben amalimla hernitgeczil halimla
Side kauum guule guele. efden ianga donitsthbeg.
Sanga aidirem ai passa. nelergelliczor bassa.
Kiming iczìden bagir pissche. kim schraba kanitsthbag.
Yazzin cziaczat gurla tschumla galeik derle.
Kime mir czeuuan herle. kiming iczìden iamtsthbag.
Amal vuer vnda tsthoap amalfisa olor hedep.
Schol bisschia olmacz hezzep. bunda azat olitsthbag.
Yonus emdi kil iarak. vtanmeaczin dogri bak.
Tscumla galeik derle. atli atila czaiulitschag.

Interpretatio sermonum predictorum in latino

Noli esse incaut9. api ocl'os et cōsidera cōditionē tuā q2 mortal' es Et noli inique agere in hoc seculo. sed de cōmissis pniaꝫ ager̄ cura. Cōsidera mltitudinē morientiū. ⁊ dispōꝫ eoꝝ in sepulchris ⁊ deformitatē. quō plēi uermib9 ⁊ serpētib9. facies ꝺturpate flegmare plēi oi putredie ⁊ fetore. Iusti in h̄ secl'o cū tiore uixerūt. ⁊ cū dolor̄ mortui ⁊ nō cōpēt. ⁊ miseri pectōres ridēt ⁊ cōsolant̄. credētes se mortē euadere posse. Noli igit̄ argumentū q̄rere ab aliquo uel rōꝫ nec ꝯriū dicētib9 uolueris credere. Cottidiana morietiū expiētia ⁊ cōditio ꝺ h̄ te certū reddant. ubi ē mēbēt ninstafa q fuit tāte auct'is ut celo et terre impare uiꝺrer̄. Et si huic mors nō pepcit. quē nō seducat m̄dana uanitas. Nō ergo blandiant̄ tpaliaet caduca. sed exerce te in cultu diuino. Et associare spūalibus rebus que tibi in extremis pn̄t esse refugium. Yonos has sententias copulat uendēs populis mercimonia spūalia. cuius sermonum ueritate meliora facta testimonio esse possunt.

Timor mortis exteri9. sꝫ magis interi9 ei9 me cōturbat memoria. Sꝫ q2 oib9 cōe mori scio. aliq̄lē mentis releuationē habeo. Certū est q̄ oēs morimur. sꝫ horā mortis tunc solū expiemur. Quando super feretrū positi incipimus coram oculis omnium lauari. Quid faciā aut quo me uertā nescio quando omnia michi prius cara me solum derelinquunt. Tūc pānus quo inuoluar ⁊ tabula cū q̄ efferor michi ex oib9 r̄māebūt Sꝫ forte amici mei ⁊ proximi cōpatientes usq; ad tumulū erūt michi socii. Quē uero consortē hēbo. qn̄ solus in terra tumulatus restabo. Tūc manebūt mecū merita. ⁊ mea sancta desideria. Pn̄ illi qui tristes sociauerunt gaudendo redibunt ad propria Sed tibi dico frater care considera qualis morientium differentia. Alii eni estuabunt incendio alii uero satiati gaudebunt refrigerio. Tandem instante ultimo examine omnes iterum hn̄t resurgere Tunc alios gratia spiritus obumbrabit alios ignis eterni incendii concremabit. Non uerba sed merita ibi respondebunt. qui non habent merita magnam necessitatem habebunt. Illi autem tunc securi erūt qui de hac sine impedimento et liberi exierunt. Yonus ergo age nunc ꝺ tali prouisione ut tunc apparere possis sine confusione. Quando singulorum nomina et merita toti mundo erunt manifesta et cognita.

Hec est opinio abbatis Joachim de secta mechometi.

Quantum autem secta mechometi debeat durare habetur dañ vii. vbi declaratũ fuit danieli ab angelo de bestia magna que dissimilis erat ceteris in hũc modũ Hec bestie magne quatuor regna cõsurgent de terra Suscipiẽt aũt regnũ sancti dei altissimi et obtinebũt regnũ usqȝ insecu lũ ꝛ in scl'm secl'orũ Quod tractãs abbas yoachym sup illo apock. xii. Et iratus est draco post mulierem dicit Si historias ecclesiasticas diligenter notamus cũ iã moderata esset psecutio arriana ꝛ etiã in quibusdam deleta inchoante cosdroe rege psarum qui in psecutione orientali pcessit mechomet ꝛ successores eius psecutio istius secte secuta est taȝ imanis ut reuera non hominũ sed bestie cuiusdam terribilis esse uideretur psertim cum ipsius error non aliqua ratione humana uidetur esse munitus sed sola detestanda furore mẽdacii ꝛ tirãnica armorũ potestate defensus Quantũ uero inualuerit in breui ꝛ quãcito pfecerit i malicia sua haud dubium ppter peccata testatur desolatio ecclesiarũ sirie ꝛ fenicis palestine piter ꝛ egipti necnõ ꝛ affrice et mauritamie et insularũ marie in qb9 abolito xpi noie ipsius mechemet detestaãda traditio q̃si magna pphete dñi ꝛ pconis altissimi pdicatur Heu si tanta mala faciet añxpus quãta iste fecit in mendatio suo Ut enim moyses legislator ꝛ lõgo ante pcessit xpm ita ut iste lator mendacii pauit itinera anxpi ac ne cui immanitas huius bestie uideatur esse similis aliarũ bestiarũ Judei quidẽ pugnauerũt cõtra fidem xpi sed tamẽ eis renitentibus ꝛ inuitis edificate ecclesie irl'imis et non post ml'tos dies absorti sunt a romanis ita ut extũc quo ad eos finẽ accipet et psecutio ecclesiarũ ꝛ regnum Pagani pugnauerũt cõtra xpm sed cottidie uincebantur a militibus eius ita ut i diebꝰ siluestri pape pene redderent arma et eidem xpi uicario sceptruȝ regni assignarẽt Gothi et vandali et longobardi et alii heretici partim deleti sunt ab exercitu romanoꝝ pti ad catholicã fidẽ conuersi Hec uero q̃rta bestia ita idomabl'is fuit ut licȝ apparuerit ad tps humiliata et q̃si mortua q̃ȝ iterũ magnificata sit ad deuorãdũ pata plꝰ timere est q̃ȝ exprimere Hec igĩ est illa bestia quã scũs daniel quartã noiat terribilẽ nimis Johães uero tã eam quã tres alias cõphendit sub una habente septem capita et in vno eorũ cornua decem Et infra paulopost ita dicit. Per hãc bestiã dyabolꝰ meridianã incolentes heremũ uiros solitarios inpugnauit ꝛ p hanc talia facturus est et ex parte iam fecit q̃lia non est pmissus in tpibꝰ aliis nec etiã q̃n scõs mr̃es laniare ictibꝰ variis fineret

Registrum

Incipit	mi ad	Tasmata	Iuriis
In terrā	Adorari	decētib9	cogitationes
Ut magis	Nullus	Alterius	Fornicationis
Et facilius	mundi	hominū	Qui intrabat
	Bilitatem		
	rende		

ennu

imi z

ant

me

nec

omnus

pha

ms

tus

os

ab eis et dns mecum est tamquam
bellator fortis. An. Ipsi vero
in vanum quesierunt animam
animam meam introibunt in inferiora
terre. An. Omnes inimici mei
audierunt malum meum
domine letati sunt quoniam tu fecisti.
An. Alliga domine in vinculis
nationes gentium et reges eorum
in pedibus. Capitulum
Circumspexi et non
erat auxiliator quesivi et
qui adiuvaret. et salvavit (non erat qui)
me brachium meum et
indignatio mea ipsa
auxiliata est michi.
Deo gratias. An. Consilium fe-
cerunt inimici mei dicentes
tradamus eum [...] nunc
Ps. Quam [...] Benedicamus
Pontifex [...]
[...]
[...]

[illegible] [illegible] sicut [illegible]
[illegible] [illegible] hac [illegible]

[illegible] passione [illegible]

Ps. iii. psalmum feria [illegible]

Visitavit dominus [illegible]

Ingressus pylatus [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] Exper[illegible]

Factus ihesus in agoni[a]
prolixius orabat et factus e[st]
sudor eius sicut gutte san-
guinis decurrentes in terram

Respice Oratio Per [illegible]
quesumus domine super hanc
familiam tuam pro
qua dominus [illegible] [illegible]
non dubitavit manibus
tradi nocentium et
crucis subire tormentum
Qui tecum. Ista oratio dicitur dia-
[illegible] et ad completo-
rium et ad omnes horas

Feria v. in cena domini

S[illegible] cena [illegible]
dies [illegible] [illegible]
[illegible] permanens [illegible]

Rabbi Samuel Epist.

Tract. de Turcis

Ysidorus

Lu[illegible]orius

Te[illegible]ius

Vita Christi etc